Notādū est scd̄o q̄ triplicia sunt denoīatiua. Nam q̄dā sunt denoīatiua tm̄ voce. z sūt ꝯcreta hn̄tia abstracta cū q̄bus ꝯueniūt i principio dictionis: z differūt i fine fz nō ꝯnotāt illud accidētalr ꝓ quo sua abstracta principaliter supponūt. vt iste teri⁹ hō est denoīatiuū voce tātū. respectu huius abstracti humanitas. ¶ Alia sūt denoīatiua sigtione tm̄: z sunt ꝯcreta q̄ hn̄t abstracta cū quibz nō ꝯueniūt in principio z drn̄t in fine vocis. sed ꝯnotāt illud pro quo sua abstracta principaliter supponūt: vt iste teri⁹ studiosus est denoīatiuū sigtione tātum respectu huius abstracti virtus. ¶ Alia sūt denoīatiua voce z sigtione simul: z sūt ꝯcreta hn̄tia abstracta cū quibz ꝯueniūt i principio dictōis et differūt i fine: q̄ꝫ tū est ex parte vocis: z cōnotant illud accidētaliter ꝓ quo sua abstracta supponūt principaliter: vt album et nigrū sunt denoīatiua voce z significatione simul: respectu horū abstractoꝝ albedo et nigredo

Notandū est tercio q̄ circa diffinitionē denoīatiuoꝝ q̄ illud signū q̄cunq̄ non debet capi distributiue: vt tm̄ vz sicut oīa entia: fz vt tm̄ vz sicut aliq̄ entia Silr ille ablatiuus aliq̄ singularis numeri dz capi vt tātū vz sicut aliq̄bus Silr p casū in diffinitione denoīatiuoꝝ nō debem⁹ intelligere accidēs grāmaticale distinctū ab alijs accidētib⁹ grāmaticalibus: fz dz capi i ꝓposito ꝓ finali drā vocis fm litteras: vel ꝓ mō sigñdi. ita q̄ denoīatiuū sigt cōnotatiue: z abstractum absolute siue minus connotatiue.

Intellectus dif. denominatiuorum

Notādū est quarto q̄ diffinitio denoīatiuorum sic dz intelligi. Denoīatia voce et sigtione sīr sunt ɔcreta hn̄tia abstracta: cū quibus conueniunt in pncipio ꝛ dr̄nt in fine litteraliter. vel syllabaliter q̄tū est ex pte vocis: ꝛ cōnotant accn̄talr̄ illud ꝑ q̄ supponūt sua abstracta. vt albū et nigrū sūt ɔcreta respectu hoꝝ abstractoꝝ. s. albedo ꝛ nigredo. cū quib⁹ cōueniūt in pncipio dictōis: ꝛ drn̄t lralr̄ in fine. et albū ɔnotat accn̄taliter albedinē: ꝑ qua iste termi⁹ albedo supponit. similr̄ nigrū accidentalr̄ cōnotat nigredinē: ꝑ q̄ iste termin⁹ nigredo supponit.

Reqsita ad denoīnationem

¶ Vn̄ ad denoīatione tria reqrū=tur. s. denoiatū: et ē sbm denoīationis. Denoīans: ꝛ est abstractum et Denoīatiuū: quod est cōcretum illius abstracti. vt hic est denoīatō siue denomiatiua pdicatio: hō ē albus. ꝛ ibi ly hō est sbm. albū est denoīatiuū: ꝛ ly albedo est denoīans De istis plura alia sunt dicenda q̄ videbuntur in logica.

Cōtra dicta primo sic arguitur: cōtra diffinitionē vniuocorū. albedo et nigredo sunt vniuoca vniuocata: ꝛ tn̄ nulla rō sbē est eis eadē cum sint accn̄tia. ḡ diffinitio vniuocorū est mala. ¶ Scdo sic ar: ɔtra diffinitionē denoīatiuorum. q̄cunq̄ drn̄t ab aliq̄ abstracto solo casu hn̄t vnū abstractū: sed denoīatiua nō hn̄t vnū abstractū. ḡ denomiatiua ab aliquo abstracto nō drn̄t solo casu. ꝛ p ɔn̄s male dr̄ ab aliquo ¶ Tertio sic ar. denoīatiua ꝛ abstracta aliqn̄ sunt siliū casuū: ergo non differunt casu.

Ad primū dr̄ distinguendo minorē: qa ille termi⁹ subā pōt capi proprie vt sigt rē p se exn̄tem. ꝛ sic cōceditur minor. Vel pōt capi ꝑ quacūq̄ re sigta per vocē: ꝛ sic negatur minor ¶ Ad secūdū dr̄ ɔcedēdo pmā cō sequentiā: et negādo vltimā: q2 ille ablatiuus aliquo: capit̄ ī ꝓposito vt tantū vz sicut aliquibus. ¶ Ad terciū dr̄ distinguendo an̄s: vel capiendo casum ꝑ accn̄te grāmaticali distincto ɔ̄ alia accn̄tia grammaticalia: ꝛ sic ɔcedit̄ an̄s ꝛ negatur ɔn̄a. Vel capiendo ꝑ finali teriatione: ꝛ sic negatur an̄s.

Pria diuisio an̄pdicamētalis

Oꝛū que dicūtur: q̄dā dicūtur cum complexiōe: vt hō currit. quedā sine cōplexione: vt hō vel currit. ¶ Sed priusq̄ alterū membrū hui⁹ diuisionis subdiuidatur distiguēdi sūt octo modi essendi in. qui necessarij sunt ad sequentē diuisionē cognoscendā: et ad ea q̄ postea dicent̄.

Mōi essendi in.

¶ Primus igitur mod⁹ eēndi in. est quādo aliquid dr̄ eē in alio sicut ps integralis in suo toto. vt digit⁹ in manu. ꝛ paries i domo. (Primus.)

¶ Secundus mod⁹ eēndi in est: sicut totum integrale in suis partibus simul sumptis: vt domus in pariete: tecto: et fundamento. (Secūdus)

¶ Tertius modus est sicut spēs i suo genere. vt hō in aīali: vl' vnū quodq̄ inferi⁹ in suo supiori (Tertius.)

¶ Quartus modus est sicut gen⁹ in spē: vt aīal in homie. vel sīr quodlz supius in suo inferiori. (Quartus)

¶ Quītus modus eēndi in dr̄: sicut forma i materia Et iste q̄nt⁹ mod⁹ subdiuidit̄. q2 quedā ē forma subālis: vt aīa est forma subālis hoīs. quedā ē forma accn̄tal' (Quītus.)

vt albedo hois Et prima ha rũ dr proprie esse in sicut forma in materia. vt aia in corpore. Alia aũt dr esse in alio sicut accidens in subiecto. vt albedo in pariete ¶ Sextus modus essendi in est: sicut aliqd est in sua cã efficiẽte. vt regnũ in regente. ¶ Septimꝰ modus essendi in: est sicut aliqd est in suo fine. vt virtus in beatitudine. ¶ Octauus modus eẽndi in dr: sicut aliquid est in suo cõtinente. vt vinuz i vase: ꝛ locatũ i loco. ¶ Hos autẽ octo modos essendi in distinguit aristoteles quarto phisicorũ. Boetius aũt assignat nouẽ. qꝛ subdiuidit quitũ vt dictũ est. Ỽsus. Insunt ps/totũ/spẽs/genus/ꝛ calor igni. Rex in regno. res in fine. locoq₃ locatum.

Sextus

Septiꝰ.

Octauus

Versus

Scda diõ anṗdica- mentalis

Orũ que sunt: quedam dicũtur de subiecto: in subiecto vero nullo sũt: vt genera/spẽs/substantie/et dñe carũ: que oia dicunt̃ substantie vl'es: extenso hoc noie substantia. vt hõ/aial/rõnale.

¶ Dici d subiecto put hic sumitur: est superius dici de inferiori. vt aial dr de hoie. et hõ de sorte. et color de albedine. Et esse in subiecto sumitur ẽm ꝙ accñs est i subiecto ¶ Alia vero neq₃ de subiecto dicũtur: neq₃ in subiecto sũt vt idiuidua substãtie ¶ Alia dicũtur de subiecto: et sunt i subiecto. vt gña et species aliorum nouẽ pdicamentorum: dicũtur d inferioribus. et sũt in subiecto sicut accñs in subiecto. vt color dr de albedine vt d inferiori. et est in corpore vt in subiecto. ¶ Alia vero in subiecto sunt. ꝛ d subiecto nullo dicũtur: vt hec scia ẽ in aia vt accñs in subiecto: s₃ ñ dr de aliquo inferiori. et iste color est in corpe vt in subiecto: et nõ dr d subiecto. omnis eni color in corpore est.

¶ Circa hunc textũ notãdũ ẽ pmo ꝙ hic pñr. p. h. ponit diuisionẽ sig rum: q̃ diuisio d₃ sic intelligi. De numero signorum vocaliũ: alia sũt signa vocalia cõplexa. et alia sunt signa vocalia incõplexa. Vñ illud signum vocale dr cõplexũ quod subordinat̃ cõceptui cõplexo. siue per quod exprimimus ɔceptũ complexũ. Et illud dr incomplexũ: qd subordinat̃ ɔceptui incõplexo. ¶ Vñ complexio est duplex. s. distans et indistãs. Cõplexio distans ẽ ɔplexio pluriũ termiorum p ỽbũ: vel p aliquã cõiunctionẽ: siue per aliqd aduerbiũ: vt sortes est hõ. sor vel plõ Sed cõplexio idistãs est cõplexio pluriũ terminorum per modũ determinationis ꝛ determinabilis sine aliq̃ copula: vt homo albus. cappa sortis.

Intelle̅s pme diuisionis

Quid cõplexio distans ꝛ indistans.

Notãdũ est scdo ꝙ pro declaratõne scde diuisiõis autor põit octo mõs eẽndi in: quorum primꝰ satis patz in textu. ¶ Secundus modus eẽndi in est sicut totũ ẽ ex suis ptibꝰ: ita ꝙ illa ppõ in. capit̃ loco ly ex. ¶ Tertiꝰ modus est: sicut spẽs est sub gñe: et sic ly in. capit̃ p sub. Vel sic. species est terĩꝰ inferior ꝙ̃ sit genus. ¶ Quartꝰ modꝰ ẽ sicut genꝰ põit̃

Mõi eẽndi in.

in diffinitione sue speciei. Uel sic. genus est termin⁹ superior sua spē ¶ Quintus modus est sicut forā est realiter in materia: siue realiṫ inheret materie. ⁊ iste mod⁹ subdiuiditur: vt satis pꝫ ĩ textu. ¶ Sextus mod⁹ est sicut aliquid est a suo efficiēte: et sic ly in. capiṫ ꝓ ly a vel ab. ¶ Septim⁹ mod⁹ est: sicut aliquid est propṫ finē: ⁊ sic ly in. accipitur ꝓ ꝓpter. ¶ Octauus mod⁹ est sicut aliquid est in suo ꝯtinente ⁊ isto mō capiṫ illa ꝑpō in ꝓpōsitione: vt satis patꝫ in textu. Et nullo istorū octo mōꝝ capiṫ eē in: in diuisiōe sequēti. Ideo lꝫ p. hi. ponat illos octo modos: tñ parum aut nichil iuuant ad cognoscendū scdaꝫ diuisiōem.

Quid dici de sbō.

Notādū est tertio ꝙ dici d̄ subiecto in ꝓposito: intelligiṫ ꝑdicari eēntialiter de aliquo: tanꝙ de aliquo per se inferiori. ⁊ sic ille terminus sbō qñ sibi preponiṫ illa ꝑpositio de: capitur ꝓ per se inferiori.

Quid eē ĩ subiecto.

¶ Et per esse in subiecto in ꝓposito nō intelligiṫ realr inherere sꝫ ꝑdicari de aliq̄ accñtaliṫ siue denoīatiē. Et sic iste teri⁹ subiecto qñ sibi preponiṫ ista prepō in capitur ꝓ aliquo ꝑdicabili accñtaliṫ. Unde illud dṫ sbm alicuius predicabilis accñtaliṫ: quod est teri⁹ absolutus vel min⁹ ꝯnotatiu⁹ alio: de quo ꝑsonaliṫ sumpto ali⁹ teri⁹ cōnotatiuus vel magis ꝯnotatiuus ꝑdicaṫ accñtalr: vt iste termi⁹ hō respectu istius teri albus vel niger. et sic d̄ siꝉibus. Siꝉr iste teri⁹ vniūsale respectu illi⁹ teri predicabile.

Intellect⁹ secūde diuisiōis

Notandū est q̄rto ꝙ scda diuisio anteꝑdicamentalis dꝫ sic intelligi. De nūero dicibiliū in ꝑdicamento ponendoꝝ. quedā sunt dicibilia in ꝑdicamento ponēda q̄ de aliquo tāꝙ de per se inferiori predicanṫ: et de nullo ꝑdicanṫ denoīatiue. Alia sunt dicibilia in ꝑdicamēto ponēda: q̄ nec eēntialiṫ nec denoiatiue ꝑdicanṫ ꝑdicatiōe directa. Alia sṫ dicibilia in ꝑdicamento ponēda q̄ de aliquo tanꝙ de per se inferiori predicanṫ eēntialr: ⁊ de aliquo ꝑdicanṫ denoīatiue. Alia sunt dicibilia in ꝑdicamēto ponenda: q̄ de nullo ꝑdicanṫ essentialiṫ: tanꝙ de suo per se inferiori. sed bñ predicātur de aliquo denoīatiue. ¶ Exēplū ꝑmi mēbri: vt isti teri: hō: aīal: subā. Exemplū secūdi mēbri: vt sortes: plato: cicero: et sic de aliꝭ singularibus teris ꝑdicamēti sbē Exemplū tertij mēbri. coloratū ꝑdicatur de isto noīe sortes denoīatiue. ⁊ ꝑdicatur de isto terio albū eēntialiṫ. Exemplū quarti mēbri: vt h⁹ albū: hoc coloratū q̄ de nullo ꝑdicanṫ tanꝙ de per se inferiori eēntialiṫ: sꝫ bñ predicātur denoīatiē. vtputa de ly sortes. ¶ Uñ hat um duarū diuisionū prima vꝫ ad cogscendū illa q̄ ponūtur ĩ predicamēto: ⁊ q̄ nō. Nullū eñ cōplexū inq̄tū hmōi in predicamēto collocaṫ. Secunda vero vꝫ ad cognoscendū illa que ponūtur in predicamento subē et q̄ ponūtur in predicamentis accidētiū.

Exēpla dictorum

Contra dicta ꝑmo sic aṫ. Iste termin⁹ color de nullo predicatur denoīatiue: ğ male poniṫ in textu ꝓ exēplo tertij membri diuisionis ¶ Scdo sic aṫ. hic color d̄ nullo ꝑdicaṫ denoīatiue. ğ male poniṫ in exemplo quarti mēbri diuisionis. ¶ Tertio aṫ sic. sortes predicatur eēntialṫ. ğ male dṫ in textu ꝙ non dicitur de subiecto.

Ad pmū dṫ ꝙ autor ponit illū terim color pro illo terio coloratū. et sic capit abstractum ꝓ ꝯcreto. ¶ Ad scdm dṫ ꝙ autor capit hoc ꝯplexū scꝫ hic color ꝓ hoc cōplexo hoc coloratū. ¶ Ad tertiū dꝛ ꝙ lꝫ sorṫ ꝑdiceṫ de sorte eēntialr tanꝙ idē d̄ seipso. non tamen tanꝙ superi⁹ de suo per se inferiori.

Prīa rēa antepdi/camētal. ¶ Quando alterū de altero pdicatur vt de subiecto: quecūq₃ de eo quod predicat̄ dicūtur: oia de subiecto dicūt̄. vt sortes est hō. hō est aial. ergo sortes est aial. Secūda. ¶ Diuersoꝝ generꝝ ⁊ nō subalternatī positoꝝ: diuerse sunt species et dr̄ie. vt aial: ⁊ scie que sūt diuersa genera. Dr̄ie eī aial' sunt rōnale: et irrōale. diuiditur eī per has dr̄ias. vt Aialium / aliud rōale / aliud irrōale. Dr̄ie aūt scie sunt: naturale / morale / et s̄mociale. diuiditur eī per has dr̄ias vt Scientiaruʒ / alia naturalis / alia moral' / alia sermocinalis.

Expō prime regle. ¶ Circa hunc textū notandū ē p̄mo φ̄ista rlā que est sextū anp̄redicamentū pōt duplr̄ exponi. Uno° sic. qn̄ aliqs teri° predicat̄ eēntialr̄ de alio tanq̄ de suo īferiori: tūc quicūq₃ termi° pōt predicari eēntialiter de illo primo p̄dicato tanq̄ de suo inferiori: etiā pōt p̄dicari eēntialr̄ de p̄mo subiecto tanq̄ d̄ suo inferiori: dūmō teri personalr̄ supponant: eque ample / et eq̄ stricte: ⁊ eodē mō appellate teneant̄. ¶ Dr̄ notant̄ quicūq₃ termin° predicat̄ eēntialr̄ de illo p̄mo predicato: qꝛ si predicaret̄ accn̄talr̄ de illo predicato: tūc nō predicaret̄ de illo subiecto. vt nō v₃ arguēdo hō est aial: et aial currit. g̊ hō currit. ¶ Dr̄ notant̄ dūmō teri p̄sonalr̄ supponāt: qꝛ ꝓpter hoc iste modus arguendi nō v₃. hō est aial: ⁊ aial ē gen°. g̊ hō est gen°. ¶ Dr̄ notant̄ eq̄ ample. qꝛ si teri nō starent eque ample: nō oporteret modū arguēdi valere. vt nō sequitur: hō fuit aial ⁊ aial est sbā: g̊ hō est sbā. ¶ Dicitur notāter eq̄ appellare: qꝛ ꝓpter hoc iste mod° arguendi nō v₃: ego cog̊sco hoīem: et hō est aial: g̊ ego cognosco aīal: qꝛ ibi variat̄ appellatio.

Notādū est scdo φ̄alio mō ista regula sic exponit̄. qn̄ aliquis termin° predicatur eēntialr̄ d̄ alio vere affirmatiue: et vlr̄. tūc quicunq₃ termin° pōt vlr̄ et affirmatiue p̄dicari de illo predicato: pōt etiam p̄dicari v̄e affirmatiue ⁊ vlr̄ de illo p̄mo subo: dūmō teri personaliter supponāt / ⁊ eodē mō appellate teneant̄. Expō secūda eiusdem. ¶ Scd̄m primā expōeʒ d₃ sic argui. hō est aial: et aial ē subā: g̊ hō est sbā. Sed s̄m scd̄am expōnē d₃ sic argui. oīs hō est aial: ⁊ oē aial est subā. g̊ oīs hō est sbā. ¶ Et iste modus arguēdi fit ī q̄rta figura: q̄ per solā transpōem p̄missarū fit in prima figura. Uñ rō istius regule pōt esse ista: q̄cq̄d ē supiore superi° est inferiore superi° ¶ Et valet nobis ista rla ad cognoscendū φ̄ oīa dicibilia q̄ se hn̄t s̄m talē habitudinē quā innuit regula: sūt eiusdē coordinatōis p̄dicamētal'. Valor rle

Notandum ē tertio φ̄ hic autor ponit secundā regulā ante predicamentalē: que est septimū ⁊ vltimū antepredicamentum. et d₃ regula sic intelligi. Unus ⁊ idem termin° qui est spēs vel dr̄ia: vniuoce captus: nō pōt poni sub diuersis gn̄ibus gn̄alissimis: nec subalternis: quoꝝ vnū non ponit̄ sub alio: nec ambo ponūtur sub eodē: nec vnuʒ est alteri synonymū. vt subā ⁊ q̄titas sunt diuersa gn̄a: et hn̄t diuersas spēs ⁊ dr̄ias: cum spēs ipsius substantie sint ly substantia corporea: ⁊ ly substantia incorporea. et differentie sunt ly corporeum ⁊ ly incorporeum: ⁊ iste non sunt species nec differētie d̄ ly q̄titas ¶ Uñ gn̄a nō subalternatiʒ posita dicūt̄ Expō secunde rle Que gn̄a subalt̄nati posita ⁊ q̄ non

genera: non sibiinuicē synonima: nec vnū ɔtinet̄ sub alio: nec ambo sub vno tercio: vt substantia ꝛ q̄titas. ¶ Sʒ gn̄a subalternatim posita i ꝓposito sūt gn̄a sibiinuicē synonima vel quoꝝ vnū cōtinet̄ sub alio vel ambo sub vno tercio.

Valor rl̄e **Notādum** est quarto ꝙ rō huius rl̄e est prima rl̄a. Et vʒ ista rl̄a ad hoc vt sciamus ꝙ vnus ꝛ idē terminus s̄m suā sig̃tionē formalē et vltimatam capt⁹: nō pōt poni in diuersis p̄dicamentis. qꝛ (vt dicit aristoteles) essentie p̄dicamentorū sunt impmixte. qđ dʒ sic intelligi. Rōnes siue diffinitōes scibiliū diuersorū p̄dicamentorū sunt diuerse. ¶ Et notant̄ dicebat̄ in rl̄a vniuoce: q̄a idē teri⁹ eq̄uoce captus bn̄ pōt poni in diuersis predicamētis. vt iste terminus corpus: ponitur in p̄dicamento substātie: ꝛ in predicamēto quantitatis.

Cōtra dicta p̄mo ar̄ sic ɔ primam regulā. qꝛ non seq̄tur sortes est hō et hō est spēs. ḡ sortes est spēs. et tn̄ ibi ar̄ per primā rl̄am. ḡ regula est fl̄a ¶ Scđo sic ar̄: non sequitur hō fuit aīal: et aīal fuit subā. ergo hō est subā. qꝛ premisse pn̄t eē vere ɔclusione exn̄te fl̄a: et tn̄ ibi ar̄ per primā rl̄aʒ. ḡ p̄ma regula est falsa. ¶ Tertio sic ar̄ ɔ secundā regulā. iste termin⁹ corpus ponit̄ sub isto gn̄e gn̄alissimo subā: ꝛ etiā sub isto genere gn̄alissimo quantitas. ꝛ tn̄ subā ꝛ q̄titas sunt genera gn̄alissima diuersa. ḡ secunda regula est fl̄a ꝛ insufficiens.

Ad primū dr̄ negādo minorē: qꝛ termi nō supponūt personalr̄: qꝛ ille termin⁹ hō in secūda ꝓpōe supponit simplr̄. ¶ Ad secūdū dr̄ negando miorē: qꝛ teri nō supponūt eq̄ ample in an̄te ꝛ ɔn̄te ¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ iste termi⁹ corpus capit̄ eq̄uoce ꝛ vniuoce. qn̄ pōit̄ i diu̾ p̄dicamētis

Dio gn̄al p̄dicamētorum. **Orum** q̄ scđm nullā complexionē dicunt̄ singulū aut significat substantiā: aut qualitatē: aut q̄titatem: aut ad aliquid: aut agere: aut pati: aut vbi: aut qn̄: aut situm esse: aut habere Est ei substātia vt exemplariter dicat̄ vt hō ꝛ equus. q̄titas vt bicubitū tricubitū: ad aliquid vt duplū triplū: qualitas vt albedo nigredo: vbi vt i loco esse: qn̄ vt heri fuisse cras fore. situs vt sedere iacere: habere vt armatū esse calciatū esse. agere vt secare vrere: pati vt secari vri.

¶ Circa hunc tertū notandū ē p̄mo ꝙ h̄ incipit secūda ps tractat⁹ tertij. in qua autor deteriat de predicamentis. Et primo deteriat de ip̄is in gn̄ali enumerādo ea: vt pʒ ex diuisiōe textus. q̄ diuisio dʒ sic intelligi. De numero dicibiliū incomplexorū/ vniuocorū/ cathegorematicorū/ nō trāscendētiū/ prime intētionis/ ꝓ aliquo supponentiū quedā sunt dicibilia incōplexa/ vniuoca/ cathegorematica/ nō transcendētia/ prime intētionis/ in predicamēto subē ponibilia. alia sūt in p̄dicamento q̄titatis ponibilia alia in predicamēto relatōis. alia in p̄dicamēto qualitatis. alia i predicamento actionis. alia in p̄dicamento passionis. alia in p̄dicamēto qn̄. alia in predicamēto vbi. alia in p̄dicamento situs. alia in predicamēto habitus. Exempla eoꝝ patent in textu. ¶ Dr̄ notant̄ incomplexorū: qꝛ cōplexa nō ponunt̄ in p̄dicamento: nisi s̄m suas partes. vel nisi suppleant vicē vnius icōplexi. sicut corpus aīatū cōplexe tētū non ponit̄ in aliquo p̄dicamētorū

Intellect⁹ diuisionis

sed qm̄ supplet vicē vnius incōplexi ponitur in predicamēto substantie. ¶ Dr̄ notanter cathegorematicorum: quia sincathegoremata significatiue accepta nō ponūtur in p̄dicamento tanq̄ terminus superior et inferior. ¶ Dr̄ notanter nō transcendentium: ad dr̄am transcendentiū q̄ nō solū ponūtur in vno predicamēto: vt ens/aliquid/res/verum/bonū. ¶ Dr̄ notanter prime intētōis ad p̄cludēdū terminos secūde intētōis q̄ nō ponūtur in aliquo p̄dicamēto a p̄h̄o assignato.

Acceptiones predicamenti.

Notandū est s̄ecūdo q̄ iste terminus p̄dicamentū capitur tripliciter. Uno mō pro totali coordinatione terminorum se hn̄tium eēntialiter scd̄m sub et supra. et sic arbor porphiriana pōt dici predicamentum. ¶ Alio mō sumitur predicamentū pro gn̄e gn̄alissimo alicuius coordinatiōis. et sic sumitur p̄dicamētum qm̄ dr̄ q̄ sunt decē predicamenta. ¶ Tertio mō sumitur pro termino ordinabili in predicamēto. et illo mō sumendo predicamētū pōt sumi pro subiecto libri predicamētorum. et tūc pōt sic describi. Predicamentum est cathegorema/vniuocū/icōplexum/nō transcendens/subiicibile/vel predicabile.

Termini in p̄dicamēto ponibiles.

¶ Un̄ termini reponibiles in predicamēto sūt duplices Quidā sunt termini prime intentiōis siue impōis: q̄ signt̄ res nō ea rōe qua sunt signa. et de talibus solū loquitur pe.h. et sr̄r aristo. in suis p̄dicamētis. ¶ Quidā sūt termini scd̄e intentōis siue impōis. et tales signt̄ res ea rōe qua sunt signa. et tales ponūtur in p̄dicamēto signi. et de istis nō loquitur p.h. nec aristo. Exēplū primi: vt hō/asinus/subā/et sic de aliis cōsilibus. Exēplū secundi vt genus/spēs/ppō/orō/ et sic de consimilibus.

Cōditōes pōibiliū in p̄dicamēto.

Notandū est tertio q̄ quinq̄ conditiones requirūtur ad hoc q̄ terminus ponatur in p̄dicamēto dicibilium: q̄ termini p̄me intentōis sunt. ¶ Prima ē: q̄ illud sit terminus p̄me intētionis et propter defectū illius cōditōis termini secūde intētōis nō ponūtur in predicamento dicibiliū prime intentōis. ¶ Secūda cōditio est: q̄ illud sit cathegorema. et propter hoc secluduntur sincathegoremata. ¶ Tertia cōditio est: q̄ sit vniuocū vniuoce captū: et per hoc excluduntur equoca equiuoce capta. ¶ Quarta est: q̄ illud sit incōplexum. vel supplēs vicē vnius incōplexi. et per hoc excludūtur cōplexa: q̄ cōplexe sumpta in p̄dicamēto n̄ ponūtur ¶ Quinta est q̄ illud nō sit trāscendēs. et propter hoc excluduntur transcēdentia.

Quot modis ponitur aliquid ī p̄dicamēto.

Notandū ē quarto q̄ dupliciter pōt poni aliud in p̄dicamēto. Uno mō tanq̄ res significata per terminos alicuius predicamēti. et hoc mō vna et eadē res bn̄ pōt esse in diuersis predicamentis: quia vna et eadem res bene pōt significari per terminos diuersorū p̄dicamentorū. ¶ Un̄ illa res dr̄ eē in p̄dicamēto: de q̄ re siue de pronoīe demonstratiuo demōstrāte illā rē: vere p̄dicatur genus gn̄alissimū illius predicamēti: siue pro qua re aliquis terminus illius predicamēti supponere pōt. ¶ Alio mō aliquid dr̄ esse in predicamento tanq̄ dicibile siue terminus. Un̄ ille terminus dr̄ esse in aliquo predicamēto de q̄ psonaliter supponēte vere: et affirmatiue eēntialiter predicatur genus gn̄alissimū illius predicamēti. ¶ Un̄ illa que ponuntur in p̄dicamento tanq̄ termini sunt duplicia: quia quedā sūt que ponūtur in recta linea predicamētali: et de illis predicatur genus gn̄alissimū in quid. et solent vocari genus/species/vel indiuidua. ¶ Alia sunt que ponūtur lateraliter in predicamento. et de illis predicatur genus gn̄alissimū eēntialiter. sed nō in quid. vt sūt differentie.

Cōtra dicta p̄mo arguitur sic diuisū excedit membra diuidentia. g̃ diuisio

est mala. añs pz: q2 diuisũ. s. dicibile verificatur de sincathegorematę: & tñ nullũ membrorũ diuidẽtiũ verificatur de ipo. ¶ Scdo sic arguitur iste termin⁹ chimera nõ sigt sbãm nec q̃titatẽ: & sic de aliis. et tamen est vnũ illorũ q̃ dñr sine cõplexiõe. ergo diuisio est mala. ¶ Tertio sic arguitur isti teri gen⁹: spẽs: & sic de aliis sũt genera et spẽs: & tñ nõ ponũtur in aliquo istorũ predicamentorũ. ergo diuisio est mala.

Ad primũ dr distinguendo probatõem añtis. q2 vel diuisũ cõiter sũptum p2edicatur de sincathegoremate: & sic cõcedit: vel diuisũ ponibile i predicamento: & sic negat. ¶ Ad secũdũ dr q2 lz ille terin⁹ chiera sit incõplexus vocalit: nõ tñ mentaliter. et dz negari minor. Uel aliter põt dici q2 ille terminus chimera non põt supponere pro aliquo: et soluitur argumentũ ¶ Ad tertiũ dr q2 illi termĩ nõ sunt termĩ p̃me impõis. et sic de ipsis nõ est hic ad ppositũ. sed sunt teri secunde intẽtionis: & ponũtur in predicamẽto signi.

His habitis dicendum est de vno quoq3 predicamẽtorum & primo de substãtia cum sit prior aliis predicamentis

Dio subẽ

Substantia aũt diuiditur per primã & secundã. ¶ Prima substantia est q̃ proprie/ principalit & maxime substare dicitur. Uel prima subã est: que neq3 in subiecto est: neq3 de subiecto dr. vt aliquis hõ: aliquis equus. ¶ Secũde substantie sunt spẽs: in q̃bus sũt prime subẽ. et harũ spẽrum et gñã: vt homo et animal. Est enim aliquis hõ in hoĩe qui est spẽs. et homo in aiali quod est gen⁹. ¶ Indiuidua substantie dicũtur prime substantie: q2 primo substãt aliis. Generaliter spẽs co2 dicunt secunde subẽ: q2a secũdo substant aliis. vt aliq̃s hõ dicit grãmaticus/ currens/ & aial/ et subã. ergo hõ dr grãmaticus/ currens/ aial/ et substantia. ¶ Item ea q̃ dicũtur de subiecto oĩa p̃dicant nomĩe et rõne. vt hõ predicatur de sorte et de platone. Eorũ vero que sunt in subiecto in pluribus q̃dem neq3 nomen neq3 ratio p̃dicatur d subiecto: vt hec albedo: vel hoc albũ. In aliq̃bus aũt nomẽ nichil p2hibet predicari de subiecto: rationẽ vero predicari d subiecto est impossibile: vt albũ predicatur de subiecto. ratio vero albi nunq̃ de subiecto predicatur. ¶ Item secundarũ substantiarũ species ẽ magis substantia q̃ genus. q2a spẽs est propiq̃or prime substantie q̃ genus. et etiã quia pluribus substat. Quibuscũq3 eni substat genus: eisdem substat spẽs: et cũ hoc species substat ipsi generi. ¶ Sz species specialissime equaliter substant: et equaliter sũt substantie. vt homo/ equus/

Diffinicio prie subẽ

Dif. scdarũ i bãru3

De sbstãtiis p̃ratiue.

et similia.

¶ Circa hunc textū notandū ē p̄mo q̄ hic p̄ñr.p.h. incipit determinare de p̄dicamētis i spāli. et primo de p̄dicamento subē ¶ Ūñ iste terminꝰ sbā capit dupl'r vt sufficit ad ꝓpositū. Uno mō vt est terminus prime impōis siue intentōis. ⁊ tūc sbā est res per se naturalr̄ exñs: āt pars rei nat alr̄ exñtis. Et hoc mō capiendo illū terim sbā est genus gñalissimū: ⁊ sic non capit in diuisione posita in textu. ¶ Alio mō capit iste terminꝰ subā vt est teriꝰ secūde impōnis siue itentōis: ⁊ sic iste terminꝰ sbā sigt terios absolute ⁊ eēntialiter potētes pro substātia supponere: sicut genera: spēs: ⁊ indiuidua de p̄dicamento subē. vt hō/ aīal/ corpus aīatū. ⁊ hoc modo capit i diuisiōe. ¶ Ex q̄ p₃ q̄ diuisio sic d₃ intelligi. De nūero teriorū de genere subē: quidā teri sunt prime sbē: quidā sūt secūde subē.

Acceptiones subē.

Intelk's diois sbē

Notādū

est secundo q̄.pe.h. diffinit p̄mā sbā₃ ⁊ d₃ diffinitio sic intelligi Prima sbā est terminꝰ p̄dicamentalis de gñe sbē/ q̄ ꝓpe/ p̄ncipalr̄ ⁊ maxie est inferius. ¶ Dr̄ notanr̄ ꝓpe ad drām gñis gñalissimi. ¶ Dr̄ notāter p̄ncipalir: ad drām teriorū accidentaliū et drarū. ¶ Dr̄ notanter maxime: ad drām spēi spālissie ¶ Adhuc autor ponit aliā diffinitionē prime sbē. q̄ sic d₃ intelligi. Prima sbā est terminꝰ p̄dicamentalis de gñe subē: q̄ nō predicatur de aliquo denoīatiue nec eēntialr̄ tanq̄ de per se inferiori. ¶ Dr̄ notanr̄ nō predicar̄ denomiatiue: ad drām terioꝝ singulariū accñtaliū vt hoc albū: hoc nigrū. ¶ Dr̄ notāter nec essentialir̄ de aliquo ⁊c. ad drām secūdarū subārū Ūñ in istis duabus diffinitiōibꝰ istud cōplexū prima subā capitur secunde intētionalir: ꝓ teris subālibus de gñe subē. Et ponit autor exemplu₃ de istis diffinitionibꝰ. vt aliquis hō. Et capit autor hoc complexū aliq̄s hō loco illius termi singularis sortes. vel loco istius teri singularis plato.

Intellectꝰ dionis p̄me subē

Intellectꝰ sc̄de dīuisiōis eiusdem

Notādū

est tertio q̄ h̄ p̄ñr p.h. ponit diffinitionē secūdarum subārū. in qua diffinitione ponir̄ iste noīatiuus p̄lis secūde subē: loco istius noīatiui singularis nūeri sc₃ secūda subā ꝓ diffinito Et loco illorū termiorū gña ⁊ spēs pluralr̄ nūeri dñt poni isti teri singularis nūeri. s. iste teriꝰ species: ⁊ iste terminꝰ genus. Et loco istius p̄iūctionis copulatiue et. debet poni ista p̄iūctio disiūctiua vel. Et sic p₃ q̄ sensus diffinitōis d₃ eē talis. Secunda sbā est terminꝰ predicamentalis de gñe sbē: q̄ est spēs vel gēꝰ sub quo continētur prime subē. vt iste teriꝰ hō: ⁊ iste terminus aīal. ⁊ sic de alijs. ¶ Iste textus. Est et aliquis: sic intelligir̄. iste terminꝰ sortes: vel iste terminꝰ plato continetur sub isto terīo hō tanq̄ inferius eiꝰ Et iste terminus hō: qui est spēs cōtiner̄ sub isto termino aīal

Intellectꝰ dionis sc̄de subē

Notandum

est quarto q̄ est genꝰ q̄ iste textus. Itē ea que dñr: deb₃ sic intelligi. Teri subāles q̄ predicanr̄ de alijs termis subālibus tā q̄ de per se inferioribus eorū: predicanr̄ de eis vere affirmatiue: et eēntialir. ¶ Iste textus Eorū ꝟo q̄ sunt. sic intelligir̄. Teri absoluti de p̄dicamento accñtiū siue abstracti: q̄ supponunt ꝓ re q̄ realiter in est subiecto: nō p̄dicanr̄ de termis sbālibus vere affirmatiue: nec eēntialir. Sed teri ꝯcreti bñ p̄dicanr̄ vere affirātiue: sed non eēntialir. Silr̄ teri abstracti de gñibꝰ accñtiū q̄ nō significant siue nō supponūt ꝓ aliqua re q̄ realir̄ est in subiecto predicanr̄ ꝟe affirmatiue de teris de genere sbē: sed non predicanr̄ eēnalr̄: vt p̄ruitas ⁊ filiatō bñ

Expō textualis.

predicant de teris de gñe substantie: dicendo Sortes est paternitas plato ē filiatio: tñ nō p̄dicant essētialiter ¶ Iste textus Item scdaꝝ substātiaꝝ: sic intelligit: spēs pluribus modis substādi substat q̄ genus: substat eni spēs vno mō sicut sbm accñti. Alio mō sicut inferius supiori. Genus vo substat tm̄ p̄io mō. Uel alit sic intelligit iste text⁹. Teri cōes de gñe substātie q̄ sunt spēs respectu pluriū p̄dicatorū de gñe substātie subijciunt directe q̄ eoꝝ gña: vt isti teri hō et asinus subijciunt directe plib3 p̄dicatis de gñe substātie q̄ ista gña aial corp⁹ ꝛ substantia. Sed spēs spālissime immediate ɔtente sub isto genere subijciunt directe eque multis p̄dicatis de gñe substantie.

Cōtra dicta p̄mo sic ar. Materia est substātia ꝛ silr forma: et tñ nō est p̄ma sbā nec sca. ḡ p̄ma dio substātie ē insufficiēs. ¶ Scdo sic ar: ɔ diffinitionē p̄me substātie: materia p̄ma substat forme substantiali: et alijs formis substātialib3 materialib3 ꝓprie/principalr ꝛ maxime. ꝛ tñ nō est p̄ma substātia. ḡ p̄ria diffinitio cōuenit alijs a diffinito ¶ Tercio sic ar ɔ diffinitionē scde substātie: hō ꝛ asinus sūt scde substātie: ꝛ tñ nō sūt spēs ꝛ haꝝ speꝝ gña: ḡ diffinitio est insufficiens. Minor p3: qꝛ illa dicibilia nō sunt gña: ḡ nō sūt spēs ꝛ harum speꝝ genera.

Ad primū dr q̄ l3 materia ꝛ forma sint substantie: vt capit iste teri⁹ substātia p̄me intētionalr ꝛ large: nō tñ substātie si capiat ille teri⁹ substantia scde intētionalit et stricte. ¶ Ad scdm dr distinguēdo maiorē: qꝛ ca substare capitur duplr Uno modo p̄me intētionalit ꝛ sic maior ɔcedi tur Alio modo scde intētionaliter et sic negat maior. Unde substare qñ capit prime intētionalr est esse subiectū alicuius forme. Sed qñ capit scde intētionalr est esse inferius respectu alicuius superioris: vel esse subiectū alicuius p̄dicabilis accñtis siue ꝓprij ¶ Ad terciū dr q̄ illa ɔiunctio copulatiua ꝛ ponitur loco ɔiunctōis disiūctiue vel

¶ His visis dicēdum est de cōitatib3 ꝛ ꝓpetatib3 substātie. ¶ Prima est. Cōe est oī substātie in subiecto non esse qꝛ esse i subiecto cōpetit solū accñti. hoc p3 de primis substātijs p diffinitionē p̄me substātie. de scdis aūt p3 inductione et syllogismo. Inductione sic: hō non est in subiecto: equus nō est i subiecto: et sic de singulis: ergo nulla scda substātia est i subiecto Syllogismo sic: nichil eoꝝ q̄ sunt i subiecto p̄dicat nomie ꝛ rōe de subiecto: s3 omis scda substātia p̄dicat nomie ꝛ rōe de subiecto: ergo nulla scda substātia est i subiecto. Hoc aūt nō est ꝓpriū substātie: s3 etiā drātie ɔpetit: ꝛ hoc intelligit de drñtijs substantie. ¶ Nec est instātia de partib3 substātie q̄ sunt i suo toto: ꝛ ideo videtur esse i subiecto: qꝛ alius est mod⁹ essendi in: vt accñs i subiecto: et alius sicut pars est in suo toto: vt p̄us patuit


¶ Scda est oībus scdis substātijs et drñtijs eaꝝ cōuenit vniuoce predicari de primis Hec ei omnia predicātur de primis substātijs noīe et rōe quare vniuoce predicantur.

Pria ꝓpꝛietas sbe.

Remouꝫ instantiā.

Secūda.

[illegible] forma [illegible] in materia [illegible] in subiecto,
[illegible] per accidens [illegible]
[illegible] secundum diffinitionem Aristotelis, quia [illegible]
[illegible] in subiecto [illegible] est in aliquo non tanquam pars, a quo
[illegible] quod est in
[illegible]
[illegible] qui non possunt [illegible]
[illegible] Quod [illegible]
[illegible] in loco [illegible] in subiecto [illegible]
[illegible] substantiam [illegible]
[illegible] subiecto [illegible]
[illegible]
[illegible] corruptione. Quamvis [illegible]
[illegible] corporis [illegible]
[illegible] corporis [illegible]
[illegible] prima [illegible]
[illegible]



Tercia. ❡ Tercia est: oīs prima substãtia significat hoc aliquid id est indiuiduū ꝛ vnū numero. S3 scḋa substantia videt̄ significare hoc aliq̄d sub appellatōnis figura: eo ꝙ est in ꝑma substantia: vel etiam de essentia eius: nō tñ significat hoc aliq̄d s3 potius qualeq̄d siue q̄d cōc: nō eī illud quod significat̄ ꝑ scḋam substãtiã est vnum numero: sicut illud quod significatur per primã substantiam.

❡ Circa hūc textū notãdū est primo ꝙ hic ꝯñr p.h. determiat de ꝓprietatibus dicibiliū de gñe substãtie.

Expō realis pprie ꝓprietatis. ❡ Unde ꝑma ꝓprietas exponit̄ dupliciter. Uno mō realr̄ siue de rebus ꝛ hoc sic: hoc ꝯplexum esse et nulli subiecto inesse tanq̄ accñs est cōe oīb3 substãtijs. Et hoc modo exponēdo istã ꝓprietatē: iste teri⁹ substãtia capt⁹ ꝑme intētionalr̄ est s̄bm illius ꝓprietatis. et illa ꝓprietas sic exposita vt cōiter dicit̄ est ꝓpria quarto modo. Sed hoc modo non debet exponi ꝓprietas scḋm intētionē pe.h. q2 dicit̄ in textu ꝙ ista ꝓprietas ꝯuenit aliis a substãtia: sc3 differētiis substantialib3 quod nō esset verū scḋm illam expōnem s3 bñ esset verū exponēdo de teris

Expō logicaleiusḋ. ❡ Et iḋ alio mō logicalit̄ siue de teris exponit̄ sic: hoc complexum posse predicari vere affirmatiue ꝛ nō denoiatiue directe et nō in concreto nec in abstracto est cōmune terminis de gñe substantie: ꝛ hoc modo exponēdo ꝓprietatē iste terminus substantia scḋe intentionaliter capt⁹ est s̄bm huius ꝓprietat̄

Acceptiones sbe. Notandū est secundo ꝙ iste terminus substantia secundo modo intentionaliter captus adhuc capit̄ dupl̄r

Uno modo stricte ꝑ terminis de ꝑdicamento substantie. qui termini ponunt̄ in recta linea predicamētali sicut gña: et species: et indiuidua. Et hoc modo differētie de genere substãtie non sūt substãtie: q2 nō ponunt̄ in recta linea predicamentali sed solum lateraliter: ꝛ sic capit̄ in proprietate iste terminus substãtia pro subiecto ꝓprietatis et ꝓprietas sibi ꝯuenit penes scḋm modum proprii. ❡ Alio modo capitur large pro oībus terminis de predicamēto substãtie: siue sint in recta linea predicamētali: siue nō. et sic nō capit̄ ꝑ subiecto ꝓprietatis in textu: q2 sic capiēdo illū terminū substãtia ꝓprietas sibi conuenit quarto modo: et sic nō cōuenit aliis a substantia: quod est cōtra textum.

Expō sc̄e ꝓprietatis. Notãdū est tercio ꝙ h̄ cōsequenter autor ponit scḋam ꝓprietatem substantie: que solum exponit̄ logicaliter siue de teris: et nō de rebus significatis ꝑ terios: q2 res significate ꝑ terminos de ꝑdicamento substãtie nō predicant̄ vniuoce. Et exponitur sic: hoc complexū predicari v̄e et affirmatiue et essentialit̄ de ꝑmis substãtiis: ꝯuenit scḋis substantiis et eaꝝ differētiis. Et si capiat̄ stricte iste teri⁹ substãtia: tūc ista ꝓprietas est ꝓpria scḋo modo ex quo nō ꝯuenit soli scḋe substantie: sed etiã differētiis: et sic subiectum istius ꝓprietatis est iste terminus scḋa substãtia scḋe intētionaliter ꝛ stricte captus. Si v̄o capiatur large sibi conuenit quarto modo: ꝛ subiectū huius ꝓprietat̄ est iste terminus scḋa substãtia secūde intētionaliter et large capt⁹.

Distinctō ꝑdicatōis vniuoce. ❡ Et capit̄ dupl̄r predicatio vniuoca. Uno modo gñaliter prout vniuoca diffinita sunt prius: et distingunt̄ cōtra ꝑdicationē equocam et nō contra denoiatiuã: ꝛ hoc mō accñtia ꝯcreta ꝑdicant̄ vniuoce de

prima sba. ¶ Alio mō capr̄ p̄dicatio vniuoca spālit: vt distinguit̄ ꝯ p̄dicationē equocā: et denoīatiuā et hoc mō cōuenit scdis substātiis et drn̄tijs eaꝝ respectu p̄maꝝ: nec hoc mō p̄dicant̄ vniuoce ꝯcreta accidentiū de p̄ria sba: lꝫ bn̄ p̄dicent̄ vniuoce de suis inferioribus.

Intell'o tercie ꝓp̄etatis.

Notādū est quarto ꝙ hic ꝯſr autor ponit terciā ꝓp̄etatē sbe q̄ solū exponit̄ de teris: ⁊ nō de rebꝫ: qꝛ solū teris cōuenit sigr̄e ⁊ nō rebꝫ q̄ non sunt teri. Et exponit̄ sic: hoc complexū sigr̄e sbām singulariter ⁊ essētial'r siue sine ꝯnotatōne aliena ꝯuenit oīb⁹ teris singularibus de gn̄e sbe q̄ sūt p̄me sbe. Et hoc ꝯplexū sigr̄e sbām cōiter et essentialr: siue sine cōnotatione aliena cōuenit oibus scdis substātiis. Unde p̄ma sba et scda eandē rem sigñt: sꝫ hoc est diuersimode: qꝛ scda sbā sigt̄ cōiter: ⁊ prima sbā sigt̄ singulariter. Silr̄ etiā lꝫ teri ꝯcreti singulares de generibꝫ accidentiū significēt sbām singulariter: nō tn̄ essentialr: siue sine ꝯnotatōe alieā vt hoc albū sigt̄ rem q̄ est alba ⁊ cōnotat circa illā albedinē: et ideo nō dr̄ significare hoc aliquid.

Contra dicta p̄mo sic ar̄. Dr̄e de gn̄e subē sunt subē: ḡ nō sūt alie a substātiis: ⁊ p ꝯn̄s male dicit̄ in tertu ꝙ p̄ria ꝓprietas subē ꝯueīt aliis a subā: qꝛ ꝯuenit drn̄tiis substātiis. ¶ Scdo sic ar̄: scda ꝓprietas ꝯuenit p̄mis substātiis: cū prime subē p̄dicent̄ de seipsis vniuoce: ḡ male dictū est ꝙ illa ꝓprietas solū ꝯuenit scdis substātiis: ⁊ eaꝝ drn̄tiis ¶ Tercio sic ar̄ ꝯ terciam ꝓprietatē: ꝑe subē sigñt hoc aliqd ḡ sigr̄e hoc aliqd nō solū ꝯuenit p̄mis substātiis: ⁊ p ꝯn̄s male dr̄ ꝙ sola p̄ria subā sigt̄ hoc aliqd. Rn̄s pꝫ: qꝛ ꝑe subē sigñt vnū in numero ergo significant hoc aliquid.

Ad primū dr̄ lꝫ dr̄e de genere subē sint subē: large capiēdo illū terim̄ substātia: n̄ tn̄ capiēdo illū terim̄ subā stricte. ¶ Ad scd̄m dr̄ ꝙ lꝫ prime subē predicent̄ de seipsis vniuoce p̄dicatione inordinata: nō tn̄ predicatione ordinata. Unde p̄dicatio ordinata est illa ī qua predicat̄ aliquod p̄dicabile ꝓprie dictū de suo subiicibili. Et p̄dicatio inordinata est illa p̄dicatio ꝟa vbi nullū predicabile ꝓprie dictū p̄dicat̄ de suo subiicibili. ¶ Ad tercium dr̄ ꝙ dupliciter pōt intelligi ꝙ aliqs teri⁹ significet hoc aliqd. Uno modo qꝛ sigt̄ hoc aliqd quod ēvnū numero ⁊ sic oīs teri⁹ de gn̄e subē sigt̄ hoc aliqd. Alio modo qꝛ sigt̄ sbām singulariter siue essentialit̄: siue sine cōnotatione aliena: ⁊ sic solū p̄me substātie sigñt hoc aliquid.

Quid p̄dicatio ordinata et inordinata.

¶ Quarta ꝓprietas. substātie nichil est ꝯtrariū. Sꝫ hoc nō est ꝓpriū substātie: qꝛ nō cōuenit soli substātie: sꝫ etiā q̄ntitati: et quibusdam alijs.

Quarta ꝓprietas

¶ Quinta ꝓp̄etas est: substātia non suscipit magis neq̄ minus. Non enī dico ꝙ vna substātia nō magis substat q̄ alia: sꝫ dico ꝙ vnaqueq̄ substātia scd̄m esse suū nō intenditur neq̄ remittit̄ vt album q̄n̄q̄ est magis album: q̄n̄q̄ minus albū. Sortes ꝟo non est magis hō vno tp̄e q̄ alio tp̄e: nec magis hō q̄ plato.

Quinta.

Sexta ꝓp̄etas est: ꝓprie proprium est substātie cū sit vna et eadem numero: secūdū sui mutationē esse susceptibilem contrariorū: vt idem homo

Sexta

aliquādo est albus: aliquādo niger: aliquādo calidus: aliquādo frigid⁹: aliqñ prauus aliqñ studiosus. ¶ Nec est instantia de orone: qm̄ licet hec eadem oro Sortes sedet aliqñ est vera: aliqñ falsa: tm̄ nō est scōm sui mutationem: sz scōm mutationē rei: vt qz sortes sedet vel currit. ¶ Et ideo nota q verum et falsum sunt i rebus vt in subiecto: et sunt i orone vt i signo Unde equocatur modus essendi in cum dicit: verū ꝛ falsum esse in rebus et in orone. Similiter equiuocatur susceptibile cū dicit: res est susceptibilis veri et falsi: ꝛ oro est susceptibilis veri et falsi. Sicut equiuocatur susceptibile cū dicit vrina est susceptibilis sanitatis: et animal susceptibile sanitatis. Hec enim suscipit sanitatem: quia significat eam illud vero: quia est subiectuz eius: et ita hoc ꝓpriū non cōuenit oroni: sz soli substātie.

[Margin: Remouz instantiā. — De vltate et falsitate nobil.]

¶ Circa hūc textū notandū est p̄mo: q hic ꝯñr autor ponit quartā ꝓprietatē sbē: q̄ duplr pōt exponi Uno mō realit siue de rebz q̄ non sūt signa: et tūc exponit sic: hoc cōplexū res nō hñs aliquā formā realiter sibi ꝯ̃riam est ꝓpriū 4o mō respectu hui⁹ teri subā: vt est teri⁹ p̄me intentōis: et sic ꝯuenit oībus rebus q̄ sunt sbē: sz nō solū: cū etiā ꝯueniat q̄titati. ¶ Alio mō exponitur ista ꝓprietas logicalr: ꝛ tunc exponit sic: hoc complexū teri⁹ nō hñs aliū terīm sibi ꝯ̃rium: ꝯuenit oībus teris de gñe sbē: sed nō solū cōuenit illis: cū etiā ꝯueniat teris de gñe q̄titatis. Et illo⁹ exponēdo subiectū huius ꝓprietatis est iste teri⁹ sbā 2e intētionalr capt⁹: et ista proprietas est sibi ꝓpria secundo modo.

[Margin: Expō duplex q̄rte ꝓprietatis]

Notādū est scđo q hic ꝯñr autor ponit quintā ꝓprietatē sbē: q̄ etiā duplr pōt exponi. Uno mō realr et sic exponit Ens nō potēs intēdi et remitti graduatr i sua natura ꝓpt vnionē pluriū graduū eiusdē spēi ꝛ i eodē situ subiecti p̄cise et adequate: cōuenit oībz rebz q̄ sunt subē. et hoc mō exponēdo hoc ꝯplexū ē ꝓpriū 4o mō respectu hui⁹ teri subā p̄rie intētionalr capti ¶ Alio mō exponit logicalr et hoc sic: hoc ꝯplexū teri⁹ nō potēs ve et affirmatiue predicari de alio cū istis adūbiis magis et minus: ꝯuenit teris de gñe sbē: et hoc mō exponēdo hoc ꝯplexum ē ꝓpriū 4o mō respectu hui⁹ teri subē scđe intētionalr capti: cū conueniat oī et nō soli: ex quo etiā cōuenit teris de gñe q̄titatis.

[Margin: Expō duplex q̄nte ꝓprietatis]

Notādū est tercio q suscipere magis et minus capit duplr. Uno mō logicalr et sic est posse p̄dicari ve et affirmatiue cū istis adūbiis magis et minus. et tūc suscipe magis vel minus sigt tales terios scz albū: nigrum: calidū: frigidū: et sic de aliis teris q̄ possūt predicari cū illis adūbiis magis vel minus vt dicēdo sortes est magis alb⁹ q̄ plato. Alio mō suscipe magis vel minus capit realit siue p̄rie intētionalr: et hoc duplr Uno mō vt tm̄ vz sicut suscipe i se tanq̄ subiectū qualitatē magis vel minus intensaz siue simul siue successiue. et hoc modo non capitur i proposito. qz illo mō subā bn̄ suscipit magis ꝛ minus. vt in sorte ē albedo que est forma magis vel minus intensa: q̄ albedo exñs in pla

[Margin: Acceptiones de ly suscipere magis et minus]

tone vel in cicerōe. ¶ Alio mō capitur vt tm̄ vȝ sicut ens potens intendi vel remitti graduałr in sua natura: propter vnionē graduum pluriū eiusdē speciei in codeȝ situ subiecti precise et adequate ꝛ hoc modo capit exponēdo ꝓprietateȝ realr, qꝛ illo mō capiendo suscipere magis ꝛ minus nō ꝯueīt subē.

Notādum ē quarto circa hūc textū: Proprie ꝓpriū est subē. ꝛc. ꝙ ista ꝓprietas duplr exponit. Uno mō logicalr: ꝛ hoc sic. hoc cōplexū terminꝰ subiicibilis successiue respectu predicatoꝝ ꝯriorū formas cōtrarias cōnotantiū propr mutationem rei ꝓ qua talis terīꝰ supponit: est propriū quarto mō respcū istius terī sbā secunde intentionaliter capti: vt cōiter dr ¶ Alio mō exponit realr: et hoc sic. hoc ꝯplexum ens susceptibile successiue q̄litatuȝ ꝯriarū in se tanꝙ subiectū ꝼm sui mutationē ꝯuenit rebus q̄ sunt subē. et hoc modo subiectū illius ꝓprietatis est iste terīꝰ subā prime intentionaliter captus

Expō duplex sexte ꝓpetatis

Contra dicta ar̄ pmo sic. igis ꝯriat aque: et tm̄ ignis ꝛ aqua sūt subē: ģ subē ē aliquid ꝯriū. ¶ Secundo sic ar̄ ꝯ quintā ꝓprietatem. prima subā est magis sbā ꝙ secunda. ꝛ spēs magis sbā ꝙ genꝰ. ģ substantia suscipit magis ꝛ minus. ¶ Tertio sic ar̄ ꝯ sextam ꝓprietatē. orō est susceptibilis predicatoꝝ ꝯriorū. s. istorū predicatorū veruȝ ꝛ fłm. et tm̄ nō est subā. ģ ista ꝓpetas nō soli substātie ꝯuenit.

Ad primū dr ꝙ lȝ ignis ꝛ aqua ꝯriātur ꝼm suas qualitates: hoc est qualitas ignis contrariat q̄litati aque vt caliditas ignis frigiditati aque tm̄ illud qd̄ est ignis ꝼm naturam eiꝰ et sbām nō ꝯriat illi quod ē aq̄ ¶ Ad secūdum dr ꝙ ibi capit iste terminus subā vt est terminꝰ secūde intentionis. ꝛ illo mō bene predicatur cum istis aduerbiis magis ꝛ minus. ꝛ illo modo capiendo est terminꝰ de genere substantie. ꝛ n̄ capitur ibi vt est terminꝰ pme intentōnis cū illo mō nō predicatur cum illis aduerbiis magis ꝛ miꝰ. ¶ Ad tertiū dr ꝙ lȝ oratio sit susceptibilis predicatorū contrariorum ꝼm mutationē rei significate per ipsam: non tamen ꝼm mutationem sui.

Quantitatis aliud cōtinuuȝ: aliud discretum. — Diuisio

¶ Quātitas ꝯtinua ē cuiꝰ ptes copulātur ad eundē terminū cōem. vt ptes linee copulant ad pūctū. — Quid q̄titas ꝯtiūa

¶ Est aūt discreta q̄titas: vt nūerus ꝛ orō. Uū duc sūt spēs eiꝰ. nō enī ē i numero aliquis terīꝰ cōis: ad quē ptes eius copulant. vt in decem quinq̄: et quinq̄. aut tria et septem ad nullū terminū copulant. sed sp discreta sunt. Est aūt nūerus multitudo exvnitatibꝰ aggregata. Silr in orōne sylla be nō copulāt ad aliquē terminū cōeȝ: ȝ vnaq̄q̄ sepata ē ab alia. — Quid q̄titas discreta ꝛ spēs eius.

¶ Quātitatis cōtinue: alia linea: alia supficies: alia corpꝰ: alia tps: alia locꝰ. Uū quiq̄ sūt spēs eius. — Spēs q̄titatis ꝯtinue.

Nō aūt linea sit q̄titas ꝯtiūa pȝ qꝛ ptes eiꝰ copulāt ad aliquē terīm cōeȝ: puta ad pūctū. ꝛ ptes supficiei ad lineaȝ. ptes corpis ad supficiē. ptes autē tpis ad nūc. vt pteritū ꝛ futurū ad pn̄s. ptes āt loci ad eū dē terīm copulant: ad quem corpis pticule copulātur.

¶ Circa hunc textũ notãdum est primo q hic ꝯñr. pe. h. deteriat de secundo p̃dicamẽto. s. d̃ quãtitate p̃mo ponẽs vnã diuisionem q̃ dz sic intelligi. De nũero generũ subalternoꝝ huius generis gñalissimi: q̃titas: aliud gen⁹ subalternũ ẽ quãtitas ꝯtinua: aliud ẽ q̃titas discreta. ¶ Quantitas discreta solet sic describi: q est q̃titas cui⁹ ptes nõ copulant ad aliquẽ terim cõem: q̃ est principiũ vnius ptis ꝛ finis alteri⁹: q̃ diffinitio sicut iacet ẽ simplr flã. Et dz sic intelligi. Quantitas discreta est q̃titas diuisibilis in plures partes discretiue. ¶ Et dz ꝯñr in textu q q̃titatis ꝯtinue sunt due spẽs. s. nũerus ꝛ ofo. Sz p. h. isequit aristotelẽ: q̃ nõ ẽ locutus fm veritatẽ: sed fm opinionem famosam tpe suo vigẽtẽ. Et de isto videbit in logica. ¶ Sed q̃titas cõtinua solet sic diffiniri: q ẽ q̃titas cui⁹ ptes copulãtur ad aliquẽ terim cõem: qui est finis vni⁹ parti et p̃cipiũ alterius. q̃ diffinitio solet sic intelligi. Quãtitas ꝯtinua ẽ q̃titas cuius partes copulant ad aliquã partẽ: que scdꝫ aliquid sui est principiũ vnius ptis. et fm aliã eius partem ẽ finis alterius ptis.

Notãdũ est secũdo q h̃ ꝯsequent autor diuidit q̃titatẽ ꝯtinuã in quinq̧ species. que satis patẽt in textu. Et probat q sunt q̃titates ꝯtinue. vt ptz i textu. ¶ Unũ linea solet sic describi. Linea est longitudo sine latitudine ꝛ ꝓfũditate. q̃ diffinitio sicut iacet est simplr flã. Et dz sic intelligi. Linea est magnitudo mẽsurabilis fm longitudinẽ: nõ habendo respectũ ad latitudinẽ vel ꝓfunditatẽ ¶ Sed superficies solet sic describi. Supficies est longitudo cũ latitudine sine ꝓfunditate. q̃ diffinitio sicut iacet etiã est flã. sꝫ sic intelligitur. Superficies ẽ magnitudo mensurabilis fm longitudinẽ ꝛ latitudinẽ nõ h̃ndo respectum ad ꝓfunditatẽ. ¶ Et corpus solet sic describi. Corpus est longitudo cũ latitudie ꝛ ꝓfunditate. q̃ diffinitõ sic intelligit. Corpus est magnitudo: mẽsurabilis fm trinã dimẽsionem. s. longitudinẽ/ latitudinẽ/ et ꝓfunditatẽ.

Notãdũ ẽ tertio q iste terminus corp⁹ capit duplr. Uno mõ vt sigt oẽs substantias corporeas absolute. et sic iste terinus corpus est in p̃dicamẽto substãtie ¶ Alio mõ capit vt sigt magnitudinẽ: cõnotando ip̃am esse cõmensurabilẽ fm trinã dimensionẽ. ꝛ hoc mõ est spẽs q̃titatis ꝯtinue. ¶ Sed iste terminus locus fm rei veritatem est in p̃dicamẽto ad aliquid. et dicitur correlatiue ad locatũ siue locale. Et ad. p. h. dr q ipse isedtur aristotelẽ: qui nõ est locutus fm opinionẽ ꝓpriã. ¶ Sed tp̃s (vt ad ꝓpositũ sufficit) est motus celi: qui est mẽsura alioꝝ motuũ et durationũ aliarũ rerũ temporaliũ.

Notãdũ est quarto q gẽ⁹ generalissimũ cõcretorũ illius p̃dicamenti est ly q̃tum cathegorematice captũ: vt tm̃ vꝫ sicut ens h̃ns q̃titatẽ. Sed gẽ⁹ generalissimũ i abstracto est ly q̃titas. ¶ Et huius p̃dicamẽti sunt q̃nq̧ q̃stiua. Unũ est ly q̃tum ꝛ ad illud dꝫ fieri rñsio per noĩa. vt cum querit: q̃tum est illud lignũ? rñdetur bipedale. Secũdũ est qualiter ꝛ ad illd̃ dꝫ fieri rñsio p aduerbia vt cũ querit: qualit extendisti illd̃ rñdet bipedalit Tertiũ est ly quot et q̃rit de quãtitate discreta. vt cũ q̃rit: q̃t hoĩes currũt? bñ rñr decẽ. Quartũ est ly quotiẽs: ꝛ ad hoc rñ detur p aduerbia nũeralia. vt cum q̃rit: quotiẽs fuisti parisius? bene rñr: ter q̃ter. ꝛc Quitũ est ly q̃diu ꝛ querit de tp̃e. vt cũ q̃rit: q̃diu fuit sortes hic? bñ rñr: duab⁹ hoĩs.

Contra dicta ar p̃mo sic: ofo est qualitas siue plures q̃litates.

Intellcs diuionis q̃titatis

Quid q̃titas discreta: ꝛ d̃ speciebus eius

Quid q̃titas ꝯtiũa

Linea.

Supficies.

Corpus

Acceptiones de ly Corpus.

Locus

Tempus

De gñalissimo ꝛ interrogatiuo p̃dica. q̃titatis.

ergo nō est q̄titas. ❡ Scd̄o sic ar ois q̄titas discreta ē numerus: ḡ male dr̄ q̄ nūerus est spēs q̄titatꝭ discrete. ❡ Tercio sic ar: locus dr̄ relatiue ad locatū siue locale. ḡ est ī pdicamēto ad aliqd: ꝛ p̄ ꝯn̄s male ponit̄ in pdicamēto q̄titatis.

❡ Ad oīa rōes dr̄ ꝯcedēdo eas: q2 autor locutus ē sicut aristoteles: q̄ non locutus est scd̄m opinionē ꝓpriā ꝛ ſm veritatē: sed ſm opinionē famosā tpe suo vigentē.

Prima ꝓpetas.

❡ His visis dicendum est de cōitatibꝫ q̄titatis. ❡ Prima cōitas est. q̄titati nichil ē cōtrariū: vt bicubito/tricubito vel supficiei nichil ē ꝯtrariū: q2 ꝯtrarietas pmo inest qualitatibꝫ: nō oibus. sꝫ quibusdam. q̄titas aūt n̄ est q̄litas: quare sequit̄ q̄ ꝯtrarietas n̄ est ī q̄titate.

Secūda.

❡ Item q̄titas nō suscipit magis: neqꝫ minꝰ nō ei vna linea est magis linea q̄ alia: nec numerus ternarius est magis numerus q̄ binarius. ꝛ sic de alijs

Tercia.

❡ Itē ꝓpriū est q̄titati ſm eā equale vel inequale dici. vt vnus numerus est equalis vel inequalis alteri numero. et vnū corpus ē equale vel inequale alteri. ꝛ vna linea est equalis vel inequalis alteri linee.

❡ Circa hunc textū notandū est primo q̄ hic ꝯſr autor determiat de ꝓpetatibꝫ q̄titatis.

Expō duplex pme ꝓpetatis

Unde pma ꝓpzietas exponit̄ dupl̄r Uno modo realit̄ siue de rebꝫ: ꝛ tunc exponit̄ sic: hoc ꝯplexū res non hn̄s aliquā formā real̄r sibi ꝯtrariā ꝯpetit rei sig̃te p terios de gn̄e q̄titatis. Et hoc mō exponēdo ꝓpetatē n̄ ē aliq̄ modo ꝓpa q̄titati. q2 nō ꝯuenit oī nec soli rei sig̃te p terios de gn̄e q̄titatis: cū etiā ꝯueniat substantie. ❡ Alio mō pōt exponi logicaliter siue d̄ teris: ꝛ sic hoc ꝯplexū teriꝰ n̄ hn̄s aliū terīm sibi ꝓpe ꝯtrariū cōuenit teris de gn̄e q̄titatꝭ: ꝛ hoc modo exponēdo ista ꝓpetas est ꝓpria scd̄o modo q̄titati. ꝛ subiectū eiꝰ exponēdo eā scd̄o modo: est iste teriꝰ q̄titas ſc intētionalr̄ captꝰ Sꝫ exponēdo pmo modo subiectū est iste teriꝰ q̄titas prime intētionaliter captus

Notādū est scd̄o q̄ hic ꝯſr autor ponit scd̄am ꝓpetatē q̄titatis q̄ etiā pōt dupl̄r exponi.

Expō duplex scd̄e ꝓpetatis

Uno mō real̄r siue de rebꝫ: ꝛ hoc sic. hoc cōplexū res potēs intendi et remitti gradualiter ī sua essentia: cōuenit rei sig̃te p terios de gn̄e q̄titatis. Et hoc modo exponēdo textū hoc cōplexū nō est ꝓpriū q̄titati: q2 nō conuenit oī q̄titati nec soli: sed est quedā ꝯueniētia q̄titatis: ꝛ subiectū illius ꝯueniētie est ille teriꝰ pme intētionaliter captus. ❡ Alio mō exponit̄ logical̄r siue de teris ꝛ tūc exponit̄ sic. hoc ꝯplexū teriꝰ nō potēs pdicari de ꝛ affirmatiue cū istis aduerbijs magis ꝛ minus spāl̄r captis ꝯuenit termīs de gn̄e q̄titatis. Et hoc exponēdo textum hoc ꝯplexū est ꝓprium scd̄o modo respectu huius teri q̄titas ſc intētionaliter capti.

Distictio de magis ꝛ minus.

❡ Unde magis ꝛ minus capiunt̄ dupl̄r. Uno modo ꝓpe prout intēsionē et remissionē sig̃t: ꝛ sic dꝫ capi in ꝓpetate Alio modo capiunt̄ gn̄aliter, put indifferēter intensionē siue extensionē sig̃t: silr̄ remissionē vel diminutionē: ꝛ hoc mō nō dn̄t capi ī ꝓposito

Notādū est tercio q̄ h ꝯſr autor poit terciā ꝓpetatē q̄titatꝭ q̄ dupl̄r pōt exponi.

Expō duplex tercie ꝓpetatis

Unoꝰ real̄r siue de rebꝰ: et hoc sic: hoc ꝯplexū res scd̄m quā aliqd denoīat̄ esse eq̄le vel ineq̄le: ꝯueīt illi rei q̄ est q̄titas: ꝛ hoc mō expo

nědo hoc ꝯplexū est ꝓprium q̄rto mō respectu hui⁹ teri q̄titas pme intētionalr̄ capti. ❡ Alio mō pōt exponi logicalr̄ siue de teris: ⁊ hoc mō sic exponit̄: hoc ꝯplexū teri ſm q̄ꝝ signa formalia dicūt̄ res eq̄les vel ineq̄les ꝯuenit teris de p̄dica- mēto q̄titatis: ⁊ hoc mō exponēdo totū est ꝓpriū q̄rto mō respectu h⁹ termi q̄titas ſe intētionalr̄ capti.
Notãdũ est q̃rto q modus pme figure si capiatur ꝓ ṗmissꝭ tunc põt sic describi Modus pme figure ẽ oṙo hypothetica copulatiua affirmatiua: ex duabus ṗmissꝭ cathegoricis cõposita ĩ debita q̃litate ⁊ q̃ntitate ordinatꝭ: ĩ q̃rũ maiore mediũ se tz a pte sbi. ⁊ ĩ minori mediũ se tz a pte ṗdicati. Dr notãter in quarum maiori: ad drãm modi ꝭe figure ⁊ etiã tercie Sed si capiatr modus ꝓ premissꝭ ⁊ cõclusione sil: tunc debet sic describi. Modus pme figure ẽ oṙo hypothetica ꝯñalis ex duabꝰ premissis et ꝯclusione cathegoricis ꝯposita. ĩ debita q̃litate ⁊ q̃ntitate ordinatꝭ in q̃ꝝ maiore mediũ se tenet a pte subiecti: ⁊ ĩ minore mediũ se tenet a pte ṗdicati. ¶ Vñ debita q̃litas in ṗma figura q̃ ad syllõs directe cõcludẽtes est: q minor sit affirmatiua. Et debita q̃ntitas in prima figura quo ad syllõs directe concludẽtes est: q maior sit vniuersalis.

Contra dicta ṗmo sic arr. Vbicũq3 est similis ordinatio ṗmissaꝝ ibi nõ sũt modi distincti: sz in barbara et ĩ baralipton est similis ordinatio premissarũ in q̃litate ⁊ q̃ntitate: ergo nõ sunt modi distincti ¶ Scḋo sic arr: diffinitio huiꝰ teriĩ directe ꝯcludere nõ ꝯuenit oĩ ꝯtẽto sub diffinito: g est insufficiens. añs pz: qr aliq̃ñ maior extremitas est solũ ps ṗdicati: g non sp ṗdicatr de minori extremitate ĩ ꝯclusione

¶ Tertio sic arguitur. diffinitio modi prime figure non conuenit omni contento sub diffinito. ergo est insufficiens. antecedens probatur. quia non conuenit modo inutili: cum in illo non sumatur debita qualitas et quantitas.

Ad primum dicitur distinguendo minorem: vel capiendo modum pro premissis tantum. et sic conceditur maior. vel pro premissis et conclusione simul et sic negatur maior ¶ Ad secundum dicitur negando antecedens. et ad probationem dicitur distinguendo consequens. quia predicatum capitur dupliciter. Primo modo pro illo quod est predicatum: et sic conceditur consequentia. nec isto modo capitur in diffinitione directe concludere. Alio modo capitur ut idem est quod a parte predicati se tenere siue poni post copulam. et sic negatur consequentia. ¶ Ad tercium dicitur negando antecedens: et ad probationem dicitur negando consequentiam: quia modus inutilis prime figure non est modus prime figure.

Regule speciales prime figure.

¶ Nota duas regulas: quarum prima tantum conuenit prime figure quo ad quattuor primos modos. et secunde quo ad omnes. secunda etiam conuenit tantum prime figure quo ad eius quattuor primos modos. et tertie figure quo ad omnes ¶ Prima regula talis est: minore existente negatiua nichil sequitur ¶ Secunda regula est: maiore existente particulari nichil sequitur

Prima regula

Secunda regula

¶ Circa hunc textum notandum est primo quod hic consequenter autor ponit unam regulam specialem: que sequitur ex eo quod dictum est quod debita qualitas prime figure (quo ad modos directe concludentes) est quod minor sit affirmatiua. ¶ Et intelligitur textus sic. Minore existente negatiua in prima figura quo ad quattuor primos modos prime figure: et sex modos tertie figure: nichil sequitur syllistice: nisi antecedens sit formaliter impossibile: et nisi caueatur quod non arguatur a non distributo ad distributum. quia dum illud precaueretur bene sequeretur aliqua conclusio. ¶ Dicitur notanter nisi antecedens etc. quia si antecedens esset formaliter impossibile: bene sequeretur aliquod cum ad impossibile sequatur quodlibet.

Intellectus prime regule

¶ Dicitur notanter nisi caueatur etc. quia tunc nullum inconueniens sequeretur. Exemplum: ut non sequitur in prima figura directe concludendo: omnis homo est animal: nullus asinus est homo: ergo nullus asinus est animal. cum premisse sint vere et conclusio falsa.

Notandum est secundo quod ratio huius regule est ista: quia si minor est negatiua oportet maiorem esse affirmatiuam: per regulam generalem prius positam. scilicet quod ex puris negatiuis nichil sequitur. et si maior est affirmatiua: tunc maior extremitas que se tenet a parte predicati non distribuitur: quia illud quod se tenet a parte predicati propositionis affirmatiue si non addatur sibi signum uniuersale non distribuitur. et tamen in conclusione distribueretur. quia si minor est negatiua oportet conclusionem esse negatiuam per regulam generalem. Si aliqua premissarum sit negatiua: conclusio erit negatiua. et si conclusio sit negatiua tunc illud quod se tenet a parte predicati (si sit distribuibile) distribuitur: cum sibi preponatur negatio. et sic maior extremitas distribueretur in conclusione: que tamen non distribueretur in maiori: et sic arguitur a non distributo ad distributum. quod est inconueniens. ¶ Exemplum: ut sic arguendo. omnis asinus est animal: nullus homo est asinus: ergo nullus homo est animal. in isto syllogismo iste terminus animal in maiori propositione non distribuitur: quia sibi non preponitur negatio: nec sibi additur immediate signum uniuersale. et tamen in conclusione distribuitur cum sibi preponatur negatio. Et sic patet quod si caueretur quod ly animal in conclusione non distribueretur: ut dicendo omnis homo animal non est: vel dicendo: nullus homo est omne animal: tunc bene valet consequentia

Ratio regule prime.

Notandum est tertio quod hic consequenter ponit aliam regulam specialem: que sequitur ex hoc quod dictum est quod de

Intellectus secunde regule.

Intelk. se cũde rl'e. bita q̃titas prime figure ꝛc. Et dz regula sic intelligi. Nichil sequit syllogistice i prima vel i scđa figura directe ꝯcludēdo: dũmodo maior sit particularis: nisi i vna pmissarũ addat medio relatiuũ idẽtitatis vel nisi mediũ i vna pmissaꝝ distribuat: vel nisi añs sit impossibile. ¶ Dicit notant directe ꝯcludēdo qꝛ bñ sequit aliqd indirecte ꝯcludēdo: vt pz i frisesomoꝝ. Dr notãter nisi addat medio relatiuũ idẽtitatis: qꝛ tunc bñ seqret aliqd: vt bñ sequit: aial currit: et ois hõ est idẽ aial: ḡ hõ currit. ¶ Dr notant nisi addat mediũ ꝛc. qꝛ si medium distribueret i vna pmissaꝝ bñ seqretur ꝯclusio: vt bñ sequit: lucidissimus planeta lucet: ois sol est ois lucidissimus planeta: ḡ sol lucet. Dicit notãter nisi añs sit impossibile: qꝛ si añs esset formalit impossibile: tunc bñ seqret aliqd: vt i syllogismo sic arguẽdo: ois homo est aial: et nullus homo est animal: ḡ homo nõ est homo.

Rõ se r'le **Notandũ** est quarto q rõ huius regule ẽ ista: qꝛ si maior est particularis: tũc mediũ nõ distribuit i maiori ꝓpõne: cũ ei nõ ꝑponat immediate signũ vl'e nec negatio: et cum minor nõ possit esse negatiua i pma figura: vt dicit regula pcedẽs: ꝛ mediũ pdicat i ea: tunc etiã nõ distribuit ꝛ sic mediũ i neutra pmissaꝝ distribueret. qđ est ꝯ vnã regulã gñalẽ: q̃ talis est. qđ in q̃libet syllogismo nõ expositorio q̃ est cathegoricus mediũ dz distribui i vna pmissaꝝ. Exemplũ de ista rl'a: vt nõ sequit: aial ẽ hõ. et asinus ẽ aial: ḡ asinus est hõ: ꝛ hoc ideo: qꝛ iste teri⁹ aial q̃ est mediũ nõ distribuit i maiore nec i minore: qꝛ sibi nõ ꝑponit aliqua negatio: nec etiã addit sibi immediate signũ vniuersale.

Cõtra dicta pmo sic ar: bñ sequit: ois hõ est risibilis: nullus asinus est hõ: ḡ nullus asinus est risibilis et tñ minor est negatiua: ḡ regula est falsa. ¶ Scđo sic ar: bñ sequit aial est hõ: ꝛ ois asinus est idẽ aial ḡ asinus est hõ: ꝛ tñ ar maiore existẽte particulari: ḡ scđa regula est falsa. ¶ Tercio sic ar: qñ medium distribuit i minore: licet maior sit particularis sp sequit ꝯclusio obseruatis aliis ꝓpetatibus logicalibus terioꝝ: ḡ male dicit q maiori extremitate existẽte particulari nichil sequitur.

Ad primũ dicit q lz seqtur illa ꝯclusio gra marie siue habitudinis terioꝝ nõ tñ gra forme siue i oibus teris: obseruata simili dispõne ꝓpõnum et terioꝝ. ¶ Ad scđm dicit negando ꝯñam: qꝛ textus intelligit dum modo medio nõ addat relatiuum idẽtitatis ¶ Ad terciũ dicit negãdo ꝯñam: qꝛ textus intelligit dum mõ mediũ nõ distribuat i minore.

¶ **Barbara.** Prim⁹ modus cõstat ex duabus vl'ibus affirmatiuis: vl'em affirmatiuã directe cõcludẽtib⁹. vt omẽ animal est substãtia. ois homo ẽ anial ergo omis hõ est subã — Barbara

¶ Circa hũc textũ notandũ est pmo q iste teri⁹ barbara: est termi⁹ scđe intẽtõis: ꝛ signat oia argumẽta pme figure: quoꝝ maior est vl'is affirmatiua et minor vl'is affirmatiua: ꝛ silr ꝯclusio vl'is affirmatiua directe illata siue ꝯclusa: in q̃ maior extremitas se tenet a parte pdicati respectu minoris extremitatis se tenẽtis a parte subiecti: ꝛ sic ille termin⁹ barbara de mãiali signo signat argumentũ syllogisticũ prime figure: et de formali signo signat partes materiales et pncipales illius argumẽti sic se habere: sicut vocales posite in illa dictione barbara signãt. Unde prima vocalis q̃ ponit in pma syllaba: signat q̃litatẽ et q̃titatẽ maioris: et vocalis q̃ ponitur in scđa syllaba: signat q̃litatẽ et q̃ti- — Quid signat ly barbã.

Diffio de ly barbā. tatē minoris: et illa q̄ ponit in tercia syllaba signat q̄litatem et q̄titatē cōclusionis. ¶ Unde barbara pōt sic diffiniri siue describi. Barbara est argumentū syllogisticū prime figure: quod constituit ex duabꝫ pmissis vniūsalibꝫ affirmatiuis: et cōclusione vniūsaliter affirmatiua directa: q̄ sequit ex illis duabꝫ pmissis Et hoc mō dꝫ intelligi textus p.h. ¶ Qd aūt talis syllogismus sit pfectus siue euidens pꝫ: qꝛ regulat immediate p dici de oī: g̊ est bonus et euidēs. Añs pꝫ: qꝛ q̄cquid dr̄ de subiecto cōplete distributo: dꝫ dici de quolibet sūpto sub eo. Sꝫ ī tali syllogismo maior extremitas p̄dicatur de medio cōplete distributo in maiore ppōe: et minor extremitas sumit sub medio ī minori ppōne: g̊ maior extremitas dꝫ dici de minori extremitate i cōclusione.

Quō barbara est p̄mus mo⁹ **Notādum** est fo q̄ ille terminus barbara nō est p̄mus modus: sꝫ illud qd̄ signatur p illū terīm barbara: vt ille sylls. omne aīal est suba: oīs hō est aīal. g̊ oīs hō est sba. et q̄libet argumentū talit se hn̄s f̄m q̄litatē et q̄titatē p̄missaꝝ et cōclusionis: et ordinationē termioꝝ dr̄ barbara. Et ideo tot sūt p̄mi modi quot sūt argumēta ī barbara. Sꝫ qꝛ oīa talia argumēta silr̄ se hn̄t f̄m q̄litatē et q̄titatē enūciationū et ordinatōeꝫ terīoꝝ: ideo reputant pro vno modo

Declaratio dcōꝝ. Et sicut dr̄ de barbara ita dicēdū est de q̄libet alio terīo alioꝝ mōꝝ scꝫ q̄ de mafiali signo signāt argumentū syllogisticum: et de formali signo signat partes eius sic se habere f̄m q̄litatem et q̄titatē p̄missarū et cōclusionis: sicut vocales posite in illa dictione significant.

Quid syllogismuꝫ esse ī bar. **Notādum** est tercio q̄ nullus sylls ppꝛie dicit esse in barbara: cū syllogismus sit barbara: qꝛ idē nō est in seipso. Sꝫ improprie loquendo pōt dici sylls esse in barbara: sicut significatū dicit esse ī suo signo: sicue in terīo signāte: et sic cū dicit syllogismus est ī barbara: sensus est: syllogismus signatur p illū terminū barbara. Uel sic: syllogismus est ī barbara: hoc est: syllogismus ē argumentū ordinatū q̄tum ad p̄missas et conclusionē sicut illa dictio barbara exprimit. Et sic etiā dicēdum est de aliis modis. Unde cum dicit pe.hys. q̄ barbara cōstituitur ex maiore: rc. non intelligit q̄ barbara cōstituat ex illis tanq̄ ex oībꝫ suis partibus: qꝛ etiam cōstituit ex copula: sed intellexit q̄ cōstituit ex illis tanq̄ ex suis partibꝫ mafialibus p̄ncipalibꝫ ipsius syllogismi. Et eodē mō dicēdū ē de aliis mōis.

Notandū est q̄rto q̄ ad hoc q̄ aliquis syllogismus sit bonus aliq̄ cōditiones obseruāde sunt. ¶ Prima est q̄ in ppōne vl̄i sit cōpleta distributio: vt videbit ī logica ¶ Scd̄a est q̄ non plus sumat pro medio in vna p̄missarū q̄ in alia: nec minus. Similiter q̄ nō sumatur plus vel minus pro maiori extremitate vel minori in vna ppōe q̄ in alia. ¶ Tercia est: q̄ teri teneant vniuoce: eq̄ ample eque restricte et eodē modo appellare. ¶ Quarta est: q̄ nō arguat a nō distributo ad distributū ¶ Quinta est: q̄ totū mediū ī aliqua p̄missaꝝ distribuat. Et iste cōdictiones sunt gn̄ales et gn̄aliter obseruāde i omni argumēto syllogistico quod fit ī modo et ī figura Gn̄ales cōditōes bo ni sylli Prima. Secūda. Tercia Quarta. Quinta.

Cōtra dicta p̄mo sic ar: non sequit omē rōnale vel irrōnale est asinus et oīs hō est rōnalis vel irrōnalis: g̊ oīs hō est asinus. cōclusio est impossibilis: et p̄misse sunt vere vt videtur: et tn̄ ar in barbara: g̊ barbara non est cōña formalis. ¶ Scd̄o sic ar: barbara est syllogismus: g̊ nullus syllogismus est in barbara cōña tꝫ: qꝛ idē nō pōt esse in seipso. ¶ Tercio sic ar: hic non est bonus

syllogismus: omne aial ē sbā ois hō est aial: ergo ois hō est ois subā. et tñ aī in barbara vt pz p descriptionē ei9: ergo barbara nō est ɔña formalis

AD PRIMŪ dr distinguendo maiorē: qa maior illius sylli pōt esse vna disiūctiua: et sic ɔcedit q̄ ñ sequit: qr nō aī in barbara Uel pōt esse cathegorica de disiūcto sbo: et hoc dupliciter Uno mō q̄ totū disiūctū sumat p medio et distribuat i maiori ppōe et sic negat q̄ nō sequit: cū tunc aī i barbara: sz sicut ɔclusio est falsa. ita et maior Alio modo q̄ solū ille teri9 rōnale sumat p medio et solū distribuat in maoire: et sic ɔcedit q̄ nō sequit: nec aī in barbara: qr nō obseruat scda ɔditio. ¶ Ad scdm dr: q̄ lz syll's nō sit i barbara si capiat ille teri9 barbara p suo sigto et psonalit in illa ppōe: tñ syll's est in barbara capiēdo illū terim barbara matialiter: scz p illo termio barbara et hoc fm sensū datum in tercio notabili. ¶ Ad tericū dr cōcedēdo maiorē et negādo minorē: qr nō obseruat quarta cōditio: qr ille teri9 substātia nō distribuit in maiore cū sibi nō pponat negatio nec addit sibi immediate signum vle: et tñ in ɔclusione distribuit: cū sibi immediate addit signum vle.

Celarent

Celarent. ¶ Secūdus mod9 cōstat ex maiore vniūsali negatiua: et minore vniūsali affirmatiua: vniūsalē negatiuā directe ɔcludētibus: vt nullū aial est lapis: ois hō est aial: ergo nullus hō est lapis. Darij. ¶ Tercius modus cōstat ex maiore vniūsali affirmatiua: et minore particulari affirmatiua: particularē affirmatiuā directe ɔcludentibus: vt

Darij.

omne aial est substātia: quidā homo est aial: ergo quidam homo est substantia. Ferio. ¶ Quartus modus ɔstat ex maiore vniūsali negatiua: et minore particulari affirmatiua: particularē negatiuā directe cōcludentibus: vt nullum aial est lapis: quidam homo est animal: ergo quidam homo nō est lapis. Baralipton ¶ Quintus modus ɔstat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis: particularem affirmatiuā indirecte concludentibus: vt omne animal est substātia: omis homo est aial: ergo quedā substātia est homo Et reducitur ad primum modum prime figure p conuersionem conclusionis per accidens.

Ferio:

Barali-pton

¶ Circa hūc textū notandū est pmo: q̄ hic ɔñr autor determiat de ƀo mō scz de celarēt. Unde celarēt est teri9 ƀe intētionis neutri gñis de matiali sigto signās argumentū syllogisticū pme figure et de formali sigto signās ipsū sic se habere q̄ ad partes matiales: sicut vocales posite i celarēt exprimunt. Unde ista vocalis.a.sigāt vlem affirmatiuaz et.e.vlem negatiuā: et.i.particularem affirmatiuā: et.o.particularē negatiuā. ¶ Unde textus pe.h.intelligit sic. Celarēt est argumentū syllogisticū pme figure qd ɔstituit ex maiore vli negatiua: et minore vniūsali affirmatiua. et ɔclusione vniuersali negatiua: que sequit ex illis premissis directe ɔcludendo. Exemplum satis patet in textu.

Quid significet ly celarent.

Diffio de ly celarēt

Qd aũt talis syllogismus sit perfectus siue euidens p3. q2 regulaf per dici de nullo. ḡ est pfectus. añs p3: q2 quicquid remõ ef siue negatur de sbo complete distributo: d3 negari de quol3 sumpto sub eo. s3 i tali sillogismo maior extremitas negaf de subiecto cõplete distributo in maiori ppõe: τ minor extremitas sumif sub illo subiecto in miori ppõe. ḡ maior extremitas deb3 negari de miori extremitate in cõclusione.

Quid significet ly darij

Notādū est scdo q2 iste terminus darij: est teri9 se intentiõis de materiali sigãto sigñs argumẽtu3 syllogisticũ pme figure. τ d formali sigãto sigñt ip3 sic se hr̃e quo ad suas partes itegrales: sicut denotaf per vocales in illa dictõe positas. ¶ Et intelligif sic textus. p. h.

Diffio de ly darij.

Dary est argumentũ syllogisticũ prime figure: qd ɔstituif ex maiore vli affirmatiua: τ minore pticulari affirmatiua: et cõclusione particulari affirmatiua: q̃ sequif ex illis duabus p̄missis directe cõcludendo. Exemplũ satis patet in textu. Qd aũt talis syllogismus sit pfectus siue euidens pt3. q2 regulaf p dici de omĩ. ḡ est bonus τ euidens Añs p3: q2 quicqd df de sbo cõplete distributo: d3 dici de quol3 sumpto sub eo. s3 i tali syllogismo maior extremitas p̄dicaf de medio cõplete distributo in maiori ppõne τ minor extremitas sumif sub medio in minori ppõe: ḡ maior extremitas d3 dici de minori extremitate in conclusione.

Quid significet ly ferio

Notādū ē tertio q2 iste terminus ferio ē terminus secũde intẽtõnis: de mãli significato sigñs argumẽtũ syllogisticũ prime figure: τ de formali cõnotans eius ptes mãles sic se hr̃e sicut denotaf per vocales illius dictionis. ¶ Et d3 textus. p. h. sic intelligi.

Diffio de ly ferio

Ferio est argumentũ syllogisticũ prime figure qd constituif ex maiore vli negatiua: τ minore particulari affirmatiua: τ cõclusiõe particulari negatiua: q̃ sequitur directe ɔcludẽdo ex illis premissis. vt nullũ aĩal est lapis. qdã hõ est aĩal ḡ quidã hõ nõ est lapis. ¶ Qd autem iste syllogismus sit pfect9 τ euidẽs: p3. q2 regulaf per dici d nullo sicut syll's de celarent regulat9 est. Et non sunt plures mõi qui regulanf per dici de oĩ: vł dici d nullo q2 illi qui sigñtur per quattuor terios pri9 noiatos. s. barbara. celarent. darij: τ ferio ¶ Baraliptõ

Diffio de ly baralipton.

est argumentũ syllogisticũ prime figure: quod ɔstituif ex duab9 premissis vlibus affirmatiuis: ɔclusionem particularẽ affirmatiuã ex illis premissis indirecte ɔcludendo vt oẽ aĩal est sbã: oĩs hõ est aimal: ḡ quedã sbã est hõ. Añ iste terinus baraliptõ de materiali sigt o sigãt argumẽtũ syllogisticũ prime figure: τ de forma li ɔnotat partes ei9 sic se hr̃e sicut denotant tres p̄me vocales illius dictionis.

Quõ baraliptõ reducif ad barbara'

Notādū est quarto q2 iste termin9 baralipton nõ est modus: tñ sigãt modum Sed tñ ille nõ est perfectus siue euidens: q2 non regulaf per dici de oĩ: cu3 ad hoc q2 aliqs mod9 rlef p dici de oĩ: o3 q2 illud qd dr de medio cõplete distributo in maiori ppõe: dicatur de minori extremitate in ɔclusione: sed sic nõ est in baralipton. Añ baraliptõ reducitur ad barbara hoc mõ Nam ad p̄missas de baraliptõ seqtur ɔclusio de barbara: ex quo premisse de baralipton τ barbara sunt synonyme/ siue eedẽ. et ad ɔclusionẽ de barbara seqtur ɔuersionẽ p accñs particularis affirmatiua q̃ est ɔclo in baraliptõ. ḡ illa particularis affirmatiua seqtur ad p̄missas de baralipton: per istã regulã gñalẽ Quicqd seqtur ad ɔñs bone ɔñe: seqtur ad eius añs. ¶ Exemplũ vt ad istas p̄missas: oẽ aĩal est sbã: τ oĩs hõ ē

aial: q̄ sunt p̄misse in baraliptō et barbara siue synonime: seqtur ista ꝯclusio. oīs hō est sbā: per ꝯñaʒ de barbara. et ad istā ꝯclusionē omīs hō est sbā: sequitur ista particula/ris affirmatiua: quedā sbā est hō. per ꝯuersionē per accñs vlis affir matiue. ergo illa particlaris affir matiua sequit̄ ad duas premissas que sunt p̄misse in baralipron per istā regulā: quicqd ⁊c.

Cōtra dicta ar̄ p̄mo sic. non sequit̄ nullū viuū, quod est: est mortuum: oīs hō ē viuus. ergo nullus hō est mortuus. et tñ ar̄ in celarēt. ğ ꝯña in celarent non est bona. ¶ Scdo sic ar̄. nō sequit̄: cuiuslibet hoīs asinus currit: brunell⁹ est hoīs asi-nus. ğ brunellus currit. qz in aliq̄ casu ꝯclusio est fl̄ā vbi p̄misse sunt vere: ⁊ tñ ar̄ in darij. ğ ꝯña ī darij non est bona. ¶ Tertio sic ar̄. non sequitur. nullū mortuū est viuū: et aliquis hō est mortu⁹. ğ aliqs hō non est viuus. cū p̄misse sint vere et ꝯclusio fl̄ā. et tñ ar̄ in ferio. ğ ꝯña in ferio non valet.

Ad primū dr̄ negādo mi-norē: qz nō ob/seruant tres ꝯditiones prius posi te: qz teri non stant eque ample: ex quo iste teri⁹ hō in minore solū di/stribuit̄ ꝓ p̄ñtibus: ⁊ in ꝯclusione ꝓ p̄ñtibus ⁊ preteritis ¶ Ad scd̄ʒ dr̄ concedendo maiorē ⁊ negando minorē. qz nō obseruat̄ secunda cō ditio: qz iste teri⁹ asinus in maiore non est pars medij: ⁊ tñ ponit̄ ī mi nore tanq̄ pars medij. ¶ Ad ter-ciū dr̄ negando minorē. qz non ob seruat̄ tertia conditio: qz hō stat ī minore tam ꝓ p̄ñtibus q̄ preteri-tis: et in conclusione ꝓ p̄ñtib⁹ tm̄. ⁊ sic ar̄ a magis amplo ad minus amplum.

Celantes ¶ Celantes Sextus modus constat ex maiore vli negati ua: ⁊ minore vli affirmatiua: vl'em negatiuā indirecte con cludentibus: vt nullū aial est lapis: oīs hō est aial. ergo nl' lus lapis est hō. Et reducit̄ ad secundū modū prime fi-gure: conclusione conuersa simpliciter. ¶ Dabitis. Sep timus mod⁹ ꝯstat ex maiore vli affirmatiua: et minore p̄-ticulari affirmatiua: particu-larē affirmatiuā indirecte cō cludentibus. vt oē aial ē sbā quidā hō est aial. ergo q̄daʒ sbā est hō. Et reducit̄ ad ter tiū modū prime figure: con-clusione cōuersa simpliciter. Dabitis.

¶ Fapesmo. Octauus mo-dus ꝯstat ex maiore vli affir matiua: ⁊ minore vli negati-ua: particularē negatiuā in-directe ꝯcludentib⁹: vt omne aial est sbā: null⁹ lapis est ai-mal: ergo quedā sbā non est lapis. Et reducit̄ ad quartū modū prime figure: maiore conuersa per accñs: et mino-re simplr̄: ⁊ p transpōem pre missarū. Fapesmo ¶ FrisesomorūNo n⁹ mod⁹ ꝯstat ex maiore p̄ti-culari affirātiua: ⁊ minore vli negatiā: p̄ticularē negatiuaʒ indirecte ꝯcludentib⁹. vt q̄dā aial est sbā: null⁹ lapis est aial. ergo q̄dā sbā nō ē lapis Et reducit̄ iste modus ad q̄r tū modū p̄ie figure: maiore et miore ꝯuersis simplr̄: et p transpōnem premissarum. Friseso morum

¶ Circa hunc textū notādū est p̄-

mo q̃ h̃ pñr autor ponit sextũ modũ.sc3 celantes. ꝛ dz textus sic intelligi. Celantes est sills prime figure:in quo ex maiore vli negatiua ꝛ minore vli affirmatiua:infertur pclusio vlis negatiua indirecte cõcludendo:vt nullũ aial est lapis: ꝛ ois hõ est aial.ḡ nullus lapis ẽ hõ ¶ Et ostendiẽ illa pña eẽ bona et formalis p pñam de celarent: ꝛ p puersionẽ simplicẽ pclusionis d celarent hoc mõ. Nam ad p̃missas de celantes.s. nullũ aial est lapis: et ois hõ est aial.seqtur pclusio de celarent.s.nullus hõ est lapis.ex q̃ p̃misse de celantes sunt eedẽvel synonyme cũ p̃missis de celarẽt. ꝛ ad pclusionẽ de celarent.s.null⁹ hõ ẽ lapis:seqtur pclusio de celantes. sc3 nullus lapis est hõ per puersionem simplicẽ.ḡ de p̃ mo ad vltimũ bñ seqtur.nullũ aial ẽ lapis: ꝛ ois homo est aial.ḡ nullus lapis ẽ hõ tenet pña per illã regulã prius allegatã.s. qcquid sequitur ad pñs bone pñe:seqtur ad añs eiusdem. ¶ Qd aũt celantes dz reduci ad celarẽt:hoc sigt illa lr̃a c. ꝛ q̃ debeat reduci per puersionẽ simplicez pclois de celarẽt:hoc sigt illa lr̃a s

Diffio de ly celarẽt

Notãdũ est scdo q̃ dabitis est sylls p̃ie figure:in q̃ ex maiore vli affir. ꝛ minore pti.affir. infertur cõclusio partic. affirmatiua indirecte pcludendo. ¶ Et reduciẽ iste modus ad darij hoc mõ. Nam ad istas p̃missas de dabitis.s.oẽ aial est sbã: ꝛ qdã hõ est aial.q̃ sunt eedẽ siue synonyme cum p̃missis de darij. seqtur pclusio de darij.s.quidã hõ est sbã. per pñam de darij. ꝛ vltra sequiẽ.quidã hõ est sbã.ḡ quedã subã est hõ p puersionẽ simplicẽ particlaris affirmatiue. ergo de p̃mo ad vltimũ bñ sequiẽ:oẽ aial est subã: ꝛ quidã homo est aial.ḡ quedã subã est hõ. per illã rl'am cõem.s.quicqd sequitur ad pñs.ꝛc. ¶ Qd aũt dabitis reducaẽ ad darij: hoc denotat illa lr̃a d. et q̃ pclusio debeat cõuerti simplr̃ qñ ostendiẽ pña de dabitis esse bona:hoc denotat illa lr̃a posita postvltimamvocalem.

Diffio de dabitis

Notãdum est tertio q̃ fapesmo est syllogismus prime figure: in quo ex maiore vli affirmatiua: ꝛ minore vli negatiua:inferẽ conclusio particularis negatiua indirecte concludendo. ¶ Et reducitur fapesmo ad ferio per puersionẽ p accñs maioris: ꝛ per puersionẽ minoris simplr̃: ꝛ per transpõem p̃missarũ hoc est ponendo puertentẽ maioris de fapesmo p minori de ferio: ꝛ conuertẽtẽ minoris de fapesmo p maiore de ferio. ¶ Exemplũ:vt ad istas p̃missas de fapesmo: oẽ aial estsbã: ꝛ null⁹ lapis est aial:sequunẽ ille due p̃misse de ferio.nullũ aial est lapis. ꝛ quedã sbã ẽ aial et tenet illa pña per puersionẽ per accñs maioris: et p puersionẽ simplicẽ minoris de fapesmo: ꝛ p trãspõem premissarũ et vltra seqtur: nullũ aial est lapis. ꝛ quedã subã ẽ aial.ḡ quedam subã non est lapis. per pñam de ferio. ḡ de primo ad vltimũ seqtur:oẽ aial est sbã:et nullus lapis est aial: ergo quedaz sbã non est lapis.tenet pña p istaz regulã:qcqd seqtur ad pñs.ꝛc.
¶ Añ ista lr̃a.f. denotat q̃ fapesmo dz reduci ad ferio Et illa lr̃a p posita post primãvocalẽ denotat q̃ maior dz conuerti per accñs. Et illa lr̃a s.posita post secundãvocalez denotat q̃ minor dz puerti simplr̃ Et illa lr̃a m. denotat q̃ debz fieri transpõ p̃missarum. ¶ Añ vsus.
Simplr̃ verti vult s.p. vero p acci.
M vult transponi.c.per ipossibile

Diffio de fapesmo.

Notãdũ est quarto (duci q̃ iste textus sic itelligitur Frisesomorũ est syllogismus:in quo ex maiore particulari affirmatiua: ꝛ minore vli negatiua: seqtur pclo particularis negatiua indirecte pcludendo ¶ Et reduci

Diffio de frisesomorum.

tur ad ferio p ꝯuersionē simplicem maioris et minoris: et p transpōem ꝑmissaꝝ: puta ad istas duas ꝑmissas de frisesomoꝝ: quoddā aial est sbā: et null⁹ lapis est aial: sequūtur iste due ꝓpōes q̄ sunt ꝑmisse de ferio. s. nullū aial est lapis. et q̄dā sbā est aial. Et tenꝫ ꝯña per ꝯuersiōem simplicē maioris: et silr minoris. et vltra seqtur: nullū aial est lapis et quedā sbā est aial. g̃ q̄dā sbā nō est lapis: p ꝯñaꝫ de ferio. g̃ a ꝑmo ad vltimū seqtur: quoddā aial ē subā et nullus lapis est aial. g̃ quedam sbā nō est lapis. ꝯña tꝫ per istaꝫ regulam. Quicqd sequitur. ⁊c.

Contra dicta arguitur ꝑmo sic. non seqtur: oīe aial sbā nō est. et omīs hō est aīal. g̃ nulla subā est hō. et tñ arguitur in celātes. g̃ celātes non est ꝯña forālis. ¶ Scdo sic arguitur: nō sequitur. alicuius spēi oē indiuiduū est asinus. sor est indiduū alicui⁹ spēi. ergo asinus est sor. et tñ arguitur in dabitis. g̃ non est ꝯña formalis. ¶ Tertio sic arguitur. non sequitur: oē rōale ē risibile. oīs hō rōalis nō est. g̃ risibile non est hō. et tñ arguitur in fapesmo. g̃ fapesmo nō ē ꝯña formalis.

Ad primū dicitur negādo minorē: q: ibi nō obſuatur quarta ꝯditio gñalis: q: iste teri⁹ sbā in maiore nō distribuitur: cū sibi nō preponitur negatio: nec sibi addit signū vl'e imediate: et tñ in ꝯclōne distribuitur: cū sibi ꝑponitur negatio vl' sibi imediate addatur signū vl'e negatiuū. ¶ Ad scdm dicitur negando minorē: q: ibi nō obſuatur secūda ꝯditio gñalis: q: ille genitiu⁹ spēi nō ponitur in maiore tāq̄ pars medij: et tñ in minore ponitur tāq̄ ps medij: et sic pl⁹ ponitur in minore, p medio q̄ ponebatur in maiore. ¶ Ad tertiū dicitur negando minorē: q: in fapesmo mior dꝫ esse de mō loquendi ꝯsuetorita q medium distribuitur in minore ꝓpōe: modo non est sic in isto syllogismo.

Sequitur de secunda figura: cui⁹ tales dantur regule. ¶ Prima In secūda figura maiore existente pticulari nihil seqtur ¶ Secunda. in secunda figura ex puris affirmatis nichil seqtur. ¶ Tertia. in secūda figura sp ꝯcluditur negatiue. ¶ Circa hunc textū notandū ē ꝑmo q hic ꝯñr autor deteriat de hac figura: de q̄ dictū est pri⁹ quid ipa sit. nunc aūt de ea dantur tales regule. ¶ Quarū prima sic intelligitur. Maiore exñte particulari in scda figura nichil sequitur directe ꝯcludendo: dūmō añs non sit formaliter impossibile: et dūmō nō caueatur q nō arguatur a ñ distributo ad distributū. ¶ Dr notanter directe ꝯcludēdo q: indirecte ꝯcludēdo bñ aliqd sequtur. vt pꝫ arguēdo in frisesomoꝝ ¶ Dr notanter dūmo añs nō sit. ⁊c q: si eēt formaliter īpossibile bñ sequeretur: cū ad īpossibile seqtur quodlꝫ ¶ Dr notanter dūmō no caueatur q nō arguatur a ñ distributo ad distributū: q: cū hoc cauetur et obſuantur ꝓprietates terioꝝ et ꝯditiones ponite: bene sequitur aliquid.

Notādū est ſo q cā huius regule ē ista. q: alias mediū in scda figura i nulla ꝑmissarū distribueretur: vel argueretur a nō distributo ad distributū: qd est incōueniēs. q: maior existente pticlari in scda figura. vel ambe ꝑmisse eēnt affirmatiue: et sic mediū i nulla ꝑmissarū distribueretur: cū eēt pdicatū ꝓpōis affirmatiue cui nō ꝑpōitur negatio: nec addit imediate signū vniuersale. Uel vna premissarum esset affirmatiua et alia negatiua. et sic argueretur a ñ distributo ad distributū q: maior extremitas ñ distribuit i ma

Rōne spāles secunde figure

Prima

Secūda

Tercia

Intel. prime regle

Rō prime regule

ſoꝛe. ex q̄ eſt ſbiꝫ ꝓpōis ꝑticularꝭ:
ꝛ tn̄ diſtribuereť i ꝯcluſiōe: cū eēt
ꝑdicatū enūciatōis negatiue: ex q̄
ꝯcluſio eēt negatiua ſi aliq̄ ꝑmiſſa
rū fuerit negatiua. Exemplū vt ſic
arguēdo: aīal eſt hō: nullus aſinus
eſt hō: ḡ aſinus non eſt aīal. in iſto
ſyllō iſte teri⁹ aīal i maioꝛi ꝓpōne
nō diſtribuiť: ꝛ tn̄ i ꝯcluſiōe diſtri
buiť: ex q̄ ſeq̄ť negationē negantē

Intell'. ſecūde rl'e. **Notādū** eſt tercio ꝙ ƀa re
gula dꝫ ſic intelli
gi. In ſcđa figura ex ꝑmiſſis affir
matiuis: nō ſequiť ꝯcluſio ſyllogi
ſtice. dūmodo mediū i nulla ꝑmiſ
ſarū diſtribuať: aut ſingulariſeť:
aut cū relatiuo idētitatꝭ i minoꝛe
ſumať. ⁋ Dť notāter dūmodo me
diū. ꝛc. qꝛ ſi mediū diſtribuereť a
liq̄d ſeq̄reť: vt ſic arguēdo: oīs hō
eſt oīe aīal: ꝛ oīe riſibile eſt aīal.
ḡ oīe riſibile eſt hō. Dť notāter
ꝙ nō ſingulariſeť: qꝛ ſi mediū eſſꝫ
teri⁹ ſingularꝭ: vel teri⁹ cōis ſūpt⁹
cū ꝓnoīe demōſtratiuo pꝛimitiue
ſpēi eiuſdē caſus cū eo: tunc bn̄ ſe
quereť aliq̄d. Exēplū vbi mediū ē
teri⁹ ſingularis: vt oīe aīal ē ſoꝛ:
ꝛ oīs hō eſt ſoꝛtes: ḡ oīs hō eſt aīal
Exēplū vbi mediū ſumiť cū ꝓnoīe
demōſtratiuo ꝑmitiue ſpēi: vt oīs
hō eſt iſtud aīal: et oīe riſibile eſt
iſtud aīal: ḡ oīe riſibile eſt hō. Dť
notāter dūmodo nō ſumať cū rela
tiuo idētitatꝭ i minoꝛe: qꝛ ſi ſic tūc
bn̄ valeret ꝯn̄a: vt pꝫ ſic arguendo
oīs hō eſt aīal: ꝛ oīs aſinus eſt idē
Rō regl'e aīal: ḡ aſinus eſt hō. ⁋ Rō huius
rl'e eſt iſta: ſi ambe ꝑmiſſe ſint affir
matiue: tūc mediū i nulla ꝑmiſſaꝝ
diſtribuereť: ex q̄ eſt ꝑdicatū i am
babus ꝑmiſſis affirmatiuis: ꝛ ſibi
nō pꝛeponiť negatio: nec ſignū vl'e
immediate. ꝛ tūc ſi mediū nō diſtri
buereť in ꝑmiſſis ipſū poſit vniri
cū extremitatib⁹ ꝓ diuerſis ſigtis
ei⁹ in pꝛemiſſis: abſq3 hoc ꝙ iſte ex
tremitates vniant inter ſe i ꝯcluſi
one. Exemplū vt nō ſequiť: oīs hō
eſt aīal: ꝛ oīs aſinus ē aīal: ḡ aſin⁹
eſt hō. qꝛ ex quo ille teri⁹ nō diſtri
buiť: ideo vniť cū extremitatibus
ꝓ diuerſis ſigtis eius: et ſic nō oꝫ
ꝙ extremitates iſte et affirmatiue
vniant inter ſe in ꝯcluſione.

Notādū eſt q̄rto ꝙ tercia
regula dꝫ ſic intel Intelter-
ligi. In ſcđa figura nunq̄ ꝯcluſio cie regl'e.
eſt affirmatiua: dūmodo mediū in
nulla ꝑmiſſaꝝ diſtribuať ſingula
riſetur aut cū relatio idētitatis in
minoꝛe ꝓpōe ſumať. ⁋ Dť notan
ter dūmodo mediū i nulla ꝑmiſſa
rū diſtribuať ſingulariſeť aut cuꝫ
relatiuo idētitatis ſumať eiſdē de
cauſis ſicut dictū eſt i notabili ꝑce
dēti. ⁋ Et ratio huius regule eſt Rō regl'e
iſta qꝛ (vt dicit regula ꝑcedens) oꝫ
vnā ꝑmiſſaꝝ eſſe negatiuā in ſcđa
figura: et ſi vna ꝑmiſſaꝝ ſit negati
ua: oꝫ ꝯcluſionē eſſe negatiuā vt pꝫ
ꝑ regulā gn̄alē ꝑus poſitā. ḡ in ƀa
figura nunq̄ ſequiť cōcluſio affir
matiua. Etiā ꝯcluſiio affirmatiua
nō ſequiť niſi ex ambabꝫ ꝑmiſſis
affirmatiuiſ. ſꝫ i ƀa figura ābe pꝛe
miſſe n̄ poſſūt eſſe affirmatiue (vt
dicit regula ꝑcedens) ḡ ꝯcluſio ƀe
figure nō pōt eſſe affirmatiua

Contra dicta ꝑmo ſic
ar̄: Bn̄
ſequiť. aīal nō eſt aſinus: ꝛ oīe ru
dibile eſt aſinus: ḡ quoddā aīal nō
eſt rudibile. et tn̄ ar̄ a maioꝛe par
ticulari in ƀa figura: ḡ male dictū
eſt ꝙ in ƀa figura maioꝛe exiſtēte
particulari nichil ſequiť ⁋ Scđo
ſic ar̄: bene ſeq̄tur: omis ſol eſt iſte
ſol: et oīs lucidiſſimus planeta eſt
iſte ſol: ḡ oīs lucidiſſimus planeta
eſt ſol. et tn̄ ar̄ ex puris affirmati
uis in ſcđa figura: ḡ male dictū eſt
ꝙ ex puris affirmatiuis i ƀa figu
ra nichil ſequiť. ⁋ Tercio ſic ar̄:
bn̄ ſequiť: oīs hō eſt aīal: et omnis
aſinus eſt idem aīal: ḡ oīs aſinus
eſt aīal: et tn̄ affirmatiue cōcludiť
in ſcđa figura. ergo male dictū eſt
ꝙ in ſecunda figura nunq̄ conclu
ſio debet eſſe affirmatiua

AD primū dr̄ q̄ regula intelligit̄ dūmō concludat̄ directe. mō ī p̄dicto argumento concludit̄ indirecte.
¶ Ad scđm dr̄ q̄ secūda regula īntelligit̄ dūmō mediū non singulariset ¶ Ad tertiū dr̄ q̄ tertia regula intelligit̄ dūmō mediū non sumat̄ cū relatiuo idētitatis in minori ꝓpōe: qđ nō fit ī p̄dicto argumento.

Cesare ¶ Secunda figura quatuor hʒ modos ¶ Cesare. Prim⁹ modus constat ex maiore vl'i negatiua: et minore vl'i affirmatiua: vl'em negatiuā directe concludentibus. vt null⁹ lapis est aīal: oīs hō est aīal. ergo nullus homo est lapis. Et reducitur iste modus ad secundū modū prime figure maiore conuersa simpliciter.

Cāestres ¶ Camestres. Secund⁹ modus constat ex maiore vl'i affirmatiua: ꝛ minore vl'i negatiua: vl'em nagatiuā directe ꝯcludentibus: vt oīs homo est aīal: nulllus lapis est aīal ergo nullus lapis est homo. Et reducit̄ iste modus ad secundū modū p̄ie figure: minore et conclusione cōuersis simpl'r: et per transpōem p̄missarū.

Festino ¶ Festino. Tertius modus canstat ex maiore vl'i negatiua: et minore particlā ri affirmatiua: particularē negatiuā directe concludētib⁹: vt nullus lapis est aīal. qdā homo ē aīal. ergo quidā hō non est lapis. Et reducit̄ iste modus ad quartū modū prime figure: maiore conuersa simpliciter.

¶ Circa hunc textū notanduʒ est p̄mo q̄ iste textus sic intelligitur. Quattuor sūt terī cōes: non coincidentes in signādo: ſm suas rōnes fofales oēs syllogismos scđe figure directe concludēdo signātes. Et hoc capiendo syllogismū ꝓ p̄miss̄ tm̄. Et sunt isti quattuor terī/ celare/ camestres/ festino/ ꝛ baroco. Qui mōī s̄e figure: ꝛ q̄ ī mō pficiuntur
Vn̄ syllogismi secūde figure n̄ sūt euidētes: q: non regulant̄ imediate per dici de oī: vel dici de nullo. sed fiūt euidentes p sillōs prime figure. Vn̄ cesare ꝛ camestres reducunt̄ ad celarēt. ꝛ hoc denotat ista lr̄a c. et festino reducit̄ ad ferio. ꝛ hoc denotat ista lr̄a f. ꝛ baroco reducit̄ ad barbara per impossibile ꝛ hoc denotat ista lr̄a b. s. q̄ reducitur ad barbara. ꝛ illa lr̄a c. q̄ n̄ ponitur in p̄ncipio dictōis: sʒ in fine denotat reduci per impossibile.

Notādum est secūdo q̄ Cesare ē syllogismus scđe figure: ī quo ex maiore vl'i negatiua: ꝛ minore vl'i affirmatiua: seq̄tur ꝯclusio vlis negatiua directe ꝯcludendo. Et reducit̄ ad celarēt. Nam ad p̄missas de cesare sequūtur p̄misse de celarēt: p ꝯuersionē simplicē maioris de cesare. ꝛ ad p̄missas de celarent seq̄tur ꝯclusio vlis negatiua. ḡ vlis negatiua cōclusio seq̄tur ad p̄missas de cesare. ¶ Exemplū: vt ad istas duas p̄missas de cesare. s. null⁹ lapis est aīal: ꝛ oīs hō est aīal. sequūtur iste due p̄misse de celarent. scʒ nullū aīal est lapis: ꝛ oīs hō ē aīal ꝛ tʒ ista ꝯn̄a per ꝯuersionē simplicē maioris. ꝛ vltra seq̄tur: nullum aīal est lapis: ꝛ oīs hō est aīal. ḡ nullus hō est lapis p ꝯn̄aʒ de celarēt ḡ bn̄ seq̄tur nullus lapis est aīal. ꝛ oīs hō est aīal. ḡ nullus hō ē lapis per illā regulā cōem Quicq̄d seq̄t̄ Diffio de lr̄ cesare.

ad ꝯñs bõe ꝯñe ẽt ad ei⁹ añs seqꝫ.

Notãdũ ẽ t'tio ꝙ iste tert⁹ camestres secũd⁹ modus sic itelligiꝫ. Camestres est syllũs: i q ex maiore vli affirmatiua ꝛ miore vli negatiua īferꝫ directe ꝯcludẽdo ꝯclusio vl'is negatiua. Et reduciꝫ ad celarẽt ꝑ ꝯũsionẽ sipli cẽ mior' ð camestres: ꝛ ꝑ trãspõez ꝑmissaꝝ ꝛ ꝑ ꝯuersionẽ simplicẽ cõ clusionis de celarẽt. Exẽplũ: vt ad istas ꝑmissas de camestres ois hõ ẽ aĩal: ꝛ nullus lapis ẽ aĩal: sequũ tur iste due ꝑmisse de celarent scꝫ nullũ aĩal ẽ lapis: ꝛ ois hõ est aĩal ꝑ ꝯuersionẽ simplicẽ mioris de ca mestres: et ꝑ trãspõez ꝑmissaꝝ. et seqꝫ vltra: nullũ aĩal ẽ lapis. ꝛ ois hõ ẽ aĩal. ġ null⁹ homo est lapis: ꝑ ꝯñaz de celarẽt. et vltra seqꝫ null⁹ hõ ẽ lapis: ġ nullus lapis est hõ: ꝑ ꝯũersionẽ simplicez vl'is negatiue ġ de ꝑmo ad vltim bñ seqꝫ. ois hõ ẽ aĩal: ꝛ nullus lapis ẽ aĩal. ġ nullus lapis ẽ hõ. tꝫ ꝯña per r'ãz ꝑus dictam: quicq̄d sequitur ad ꝯñs ꝛc̃. Vñ illa l'ra s. posita post secũdã vo calẽ de camestres denotat ꝙ mior de camestres dꝫ cõuerti simpl'r qñ camestres reduciꝫ ad celarent. Et illa l'ra m. denotat ꝙ dꝫ fieri trans põ ꝑmissaꝝ: hoc ẽ ꝙ cõuertẽs mio ris de camestres dꝫ sumi ꝓ maiori de celarẽt. et maior de camestres ꝓ miore de celarent. Sed illa l'ra s. posita post tertiã vocalẽ denotat ꝙ cõclusio de celarẽt dꝫ ꝯuerti si pl'r: qñ perficiꝫ syllũs ð camestres

Diffio de camestres

Notãdũ ẽ quarto ꝙ festio ẽ syllũs s'cde figu re in q ex maiore vli negatiua ꝛ mi nore ꝑticulari affirmatiua: īferꝫ cõ clusio particular' negatiua directe ꝯcludẽdo. Et reduciꝫ ad ferio ꝑ ꝯ uersionẽ simplicẽ maioris de festi no. ¶ Exẽplũ vt ad istas ꝑdictas de festino scꝫ nullus lapis est aĩal ꝛ q̄dã hõ ẽ aĩal: sequũtur ꝑmisse ð ferio. scilꝫ. nullũ animal est lapis. et quidã hõ est aĩal. per cõuersio nẽ simplicẽ maioris ð festino. ꝛ vl tra seqꝫ. nullũ aĩal ẽ lapis: ꝛ quid hõ ẽ aĩal. ġ q̄dã hõ nõ ẽ lapis. per ꝯñam dei'erio. ġ de ꝑmo ad vltim bñ sequitur: nullus lapis ẽ aĩal: et q̄ dã hõ ẽ aĩal. ġ q̄dã hõ nõ ẽ lapis. ꝑ r'ãz cõem. s. Quicq̄d sequitur ꝛc̃.

Diffio de festino

Contra dicta sic primo ar non sequitur: cu iuslibet ꝯdictõis altera pars ẽ v'a et nullũ falsũ est veꝝ ġ nullũ falsũ ẽ cõtradictõis altera pars: ꝛ tñ ar in camestres. ġ camestres nõ ẽ cõ sequentia for'alis. ¶ Scd̃o sic ar nõ sequiꝫ. nullũ q̄scens currit: cu iuslꝫ hois asinus currit. ġ nullius hois asinus ẽ q̄scens cuꝫ in casu possibili añs põt esse verũ: et ꝯñs falsũ. et tñ ar in cesare: ġ ꝯña de ce sare nõ ẽ ꝯña formalis ¶ Tertio sic ar. non sequitur. nullũ aĩal q̄d est: est gñandũ: et aliq̄s hõ ẽ gñan dus. ġ aliq̄s hõ nõ ẽ aĩal: et tñ ar ĩ festino. ġ festino nõ ẽ ꝯña for'alis.

Ad primũ dicitur negã do minorem. quia non obseruaꝫ generalis ꝯdi tio ex parte illi⁹ term' ꝑs: q' in ma iore nõ distribuiꝫ: ꝛ tñ ĩ cõclusione distribuiꝫ. ¶ Ad scd̃m dr sil'r ne gãdo miorẽ: q' ibi non obſuatur quarta conditio ex parte illi⁹ term' asinus: q' in minore non distribuiꝫ ꝛ tamẽ in ꝯclusiõe distribuitur. ¶ Ad tertiũ dr negando minoreꝫ q' nõ obſuatur quarta ꝯditio ex ꝑ te illius term' hõ: q' in miore stat tã ꝓ pñtibus q̃ ꝓ futuris: ꝛ in ꝯclu sione solũ stat pro presentibus.

¶ **Baroco.** Quartus mod⁹ constat ex maiore vli affirma tiua: ꝛ minore ꝑticulari nega tiua: ꝑticularẽ negatiuã dire cte ꝯcludentibus: vt ois hõ est aĩal: quidã lapis nõ ẽ ani mal. ergo q̄dã lapis nõ ẽ hõ Et reduciꝫ ad primũ modũ Baroco.

Quid reducē p i possibile.

prime figure per impossibile ¶ Reducere aūt p impossibile est ex opposito conclusiōis cū altera p̄missarum: inferre oppositū alterius premisse. Sumatur enī oppositū ↄclusionis. s. oīs lapis est hō: cū maiore huius quarti. s. cum ista oīs hō est aīal. et arguat̄ sic: oīs hō est aīal: omis lapis ē homo. ergo oīs lapis ē aīal.

Diffio de ly baroco

¶ Circa hūc textū notādū est primo ꝙ iste textus sic intelligitur. Baroco est syllogismus: in quo ex maiore vniuersali affirmatiua: et minore particulari negatiā: infertur conclusio particularis negatiua directe concludēdo. Et reducit̄ baroco ad barbara Nō p ↄūsionē q: si reduceretur per conuersionē: hoc esset per cōuersionē maioris: minoris: vel conclusionis. Non duobus vltimis modis: q: nec mior: nec ↄclusio conuertuntur in terminis: ex q̄ sunt particulares negatiue. Nec potest dici p̄mū. q: cōuertens maioris que est particularis affirmatiua sumeret̄ ꝓ premissa cū minore de baroco: qd̄ nō pōt eē q: tunc argueret̄ ex p̄missis particularibus: qd̄ est ꝯ regulā ḡnalem Vñ ꝙ baroco reducatur ad barbara sigt̄ illa lr̄a b. Sed ꝙ reducatur per impossibile hoc sigāt illa littera. c. posita circa finem.

Quid reducē per possibile

Notandū est secūdo ꝙ reducere vnū modum ad alium per impossibile: est arguere ex opposito conclusionis cōtrario vel contradictorio: cū vna premissarum: inferendo oppositū contrarium vel contradictorium alterius premisse. et ista reductio p impossibile valet ad ostendendū ꝙ ↄsequentia sit bona. vel ꝙ due cōtradictorie sint simul vere. ¶ Vñ baroco sic reducitur ad barbara: si aliquis negaret istā ↄsequētiam in baroco: omnis hō est animal: et quidā lapis nō est animal. ḡ qdam lapis non est homo. hoc esset ex eo ꝙ premisse possunt cēvere et ↄclusio falsa. et tunc si cōclusio ē fl̄a sua contradictoria est vera. et tunc vlterius ex opposito contradictorio conclusionis de baroco sumpto ꝓ minore de barbara: et maiore de baroco sumpto pro maiore de barbara. arguitur sic in barbara. oīs homo est animal. omnis lapis est homo. ergo omnis lapis est aīmal premisse sūt vere apud illū qui negat consequentiā de baroco. ḡ conclusio debet esse vera. cum ex vero non sequatur nisi verum. et ista quidam lapis non est animal: que ē cōtradictoria illi⁹ conclusionis. scilʒ oīs lapis est animal. est vera apud illū qui negat consequentiam de baroco. et sic due cōtradictorie erunt simul vere. vel ↄsequentia de baroco est bōa et formalis ↄn̄a.

Notādū est tertio ꝙ nō solū iste modus baroco reducit̄ ad p̄mā figurā p impossibile: sed etiā qlʒ alius mod⁹ scd̄e figure. Vñ modus scd̄e figure reducit̄ ad illū modū p̄me figure in quo opposita cōtradictoria cōclusionis modi scd̄e figure pōt eē minor: vt cesare reducit̄ ad ferio. q: opposita cōtradictoria ↄclusionis de cesare pōt eē mior in ferio Et camestres reducit̄ ad darij: et festino ad celarēt: et baroco ad barbara. ¶ Silr̄ mōi vl̄es secūde figure p̄nt reduci ad primā figurā sumēdo oppositum cōtrariū ↄclusionis sylli secūde figure ꝓ miore ī p̄ma figura: et īferēdo ī p̄ma figura oppositū cōtrariū mioris sylli secūde figure. et sic cesare reducit̄ ad celarēt. et camestres ad barbara.

Rl̄a vl̄is ꝓ modis s̄e figure.

Notandū est quarto ꝙ reducēdo mōs s̄e figure ad p̄mā illa p̄missa q̄ est maior ī s̄a figura dʒ eē maior i p̄ia: et

Expōsitio sum Seruat maiorem. &c.

minor dz variari. Causa huius est qr illud qd pdicatur i pclusione he fi gure: et similiter i opposita pdictoria illi9 pclusionis: subijcitur in maiori he figure. modo talis dispo terio# fm subiectione et pdicatione reqri tur i pma figura. io maior he figu re dz fieri maior in pma figura. et opposita pdictoria illi9 pclusionis vel pria dz fieri minor Sz reducedo mos tcie figure ad pma figura. dz manere minor: et dz mutari maior Un vs9. ¶ Seruat maiore: variat qz scda minore. Tercia maiore va riat: seruatqz minorem.

Cotra dicta pmo sic ar no sequitur: ois ho est aial: et ome risibile non est ome aial. g risibile no est ho: et tn ar i baroco vt pz p descriptione ei9: g baroco non est pña formalis ¶ Scdo sic ar: non sequitur ois ho vel asinus est asinus: et risibile no est asinus. g risibile non est ho vel asinus: et tn ar in baraco: g baro co no est pña formalis. ¶ Tercio sic ar: illud argumetu qd reducitur ad aliud est imperfectu: sz baroco no est argumentu imgfectu: g no dz reduci ad barbara Minor pz qr nichil sibi deficit de requisitis ad hoc qz aliqd argumentu sit syllus.

Ad primu dr negado mi nore: qr ibi no obseruatur quarta pditio: sed dz re moueri a minore illud signu ome. ¶ Ad scdm dr distinguedo maio rem. eo qz illa disiunctio vel pot diun gere inter ppoes: et sic pcedit ma ior: et negatur minor. Uel pot diiuge re inter terios: et hoc dupliciter. qr vel hoc totu disiunctu distribuitur: et sic negatur maior et pcedit minor. Uel solu ps disiuncti distribuitur: et sic ne gatur maior et pcedit minor. qr ibi n obseruatur quarta pditio ex pte illi us teri asinus q no distribuitur i ma iori ppoe: et tn distribuitur i pclusi one ¶ Ad terciu dr: qz dupliciter aliqs syllus dr imgfectus. Uno mo qr ei bi deficit aliqd qd reqritur ad hoc qz sit syllus. puta vna ppo: et sic co cedit maior Alio mo qr n e euides ex q immediate no regulatur p dici de oi vel p dici de nullo: et sic nega tur minor imo oes modi he figure et tercie sut isto modo imgfecti.

Sequitur de tertia fi gura cuius tales da tur regule. Prima in tcia figura minore exnte ne gatia nichil sequitur. Secuda In tertia figura coclusio dz esse particularis. ¶ Tertia fi gura sex hz modos. ¶ Da rapti. Prim9 modus costat ex vniuersali affirmatiua ma iore: et vli affirmatia minore particulare affirmatiua con cludetib9 directe. vt ois ho est substantia. omnis homo est aial. ergo quodda aial est substatia. Et reducitur ad terti um modu pme figure: mino re conuersa per accides ¶ Fe lapton. Secundus modus constat ex vniuersali negati ua maiore: et vniuersali affir matiua minore: particularez negatiuam directe conclude tibus. vt nullus homo est la pis: omnis homo est aial. er go quodda aial non est lapis Et reducitur ad quartuz mo dum prime figure: minore conuersa per accidens

¶ Circa huc textu notadu e pmo qz hic pñr autor determinat de tertia figura ponendo duas rlas pales. Quar pma dz sic intelligi Minore exnte negatia nihil sequitur sillogisti

Rle spea les tercie figure: Prim9.

Scda.

Darapti.

Felapto.

Intel. pri me regle

ce i tertia figura: nisi arguat i oppositis: et nisi caueat q nō arguat a nō distributo ad distributū. ¶ Dr notant nisi arguat: q2 qñ af ex oppositis tūc bñ sequit aliqd. cuz ad ipossibile formalit seqt qdlz ¶ Dr notāt nisi caueat rē. q2 qñ cauetur tūc bñ sequit aliqd. ¶ Rō huius regule ē ista: q2 si minor ē negatiua oz maior ē ee affirmatiua. q2 ex puris negatis nihil seqt. r si maior ē affirmatia: tūc maior extremitas q ibi pdicat nō distribuit in maiore r tñ in cōclusione distribueret: q2 si minor est negatia: oportet cōclusionē esse negatiam per primaz regulam generalem: scz si vna premissaz est negatiua conclusio erit negatia. r si cōclusio est negatiua tūc pdicatū eius qd ē maior extremitas distribueret. cū oz se tenere a parte pdicati directe scludēdo. r sic argueret a non distributo ad distributum.

Rō regu

Notādū est scdo q secunda regula oz sic itelligi: In tertia figura gratia forme solum cōcludit pticularit: nisi arguat ex oppositis: r nisi illa extremitas q distribuit in conclusione etiā distribuat i añte. ¶ Dicit notāt gra forme: q2 bñ seqt aliqd gra materie vlit scludendo. vt sic arguēdo. ois hō ē aial: et ois hō ē risibilis: g oē risibile ē aial. ¶ Dr notāt nisi arguat ex oppositis: q2 qñ af ex oppositis seqt sº vlis: cū ad ipossibile seqt qdlz: ¶ Dr notant nisi illa extremitas rē. q2 qñ minor extremitas distribuit i minore: tūc bñ seqt sº vlis. vt bñ seqt. ois lucidissim⁹ planeta lucz r ois lucidissim⁹ planeta ē ois sol g ois sol lucet ¶ Rō h⁹ regule ē ista: q2 si in tertia figura scludat vlr: tūc argueret a a nō distributo ad distributum ex pte minoris extremitatis. q2 minor extremitas nō distribuit i minori propōe. ex q ē pdicatū ppōis affirmatiue: r tñ i sclusione distribueret: cū cēt subz ppōis vlis Exēplū. vt sic arguēdo. ois hō ē aial: r ois hō ē sba: g ois sba ē aial: ibi ly sba in minore ppōe nō distribuit: et tñ in sclusione distribuit. ¶ Vñ tertia figura hz sex mōs: qd sic itelligit sex sūt tmini cōes: nō coicidētes i signo sz suas rōes formales oēs mōs tertie figure directe scluden do signātes. s. darapti / felaptō / disāis / datisi / bocardo / r ferison

Intellec. scde regule.

Rō regu.

Notādū ē tertio q iste text⁹ sic itelligit Darapti ē mod⁹ tertie figure i q expmissis vlib⁹ affirmatis infert sº pticularis affirmatia directe. exempla patēt i textu. Et reducit ad darij p suersionē paccñs minoris d darapti Nā ad istas pmissas de darapti. ois hō ē aial: r ois hō ē risibilis. sequūt iste due pmisse de darij⁹ scz. ois hō ē aial: et risibile ē hō. p conuersionē p accñs minoris de darapti r vltra sequit. ois hō ē aial r risibile ē hō. g risibile ē aial p sñiaz de darij. g de pmo ad vltimum bene sequitur ois hō ē aial et omnis homo est risibilis: g risibile ē aial p illā regulā. Quicqd seqt.

Diffio de darapti

Notādū ē quarto q felapton est sillogism⁹ tertie figure in quo ex maiore vniuersali negatia: r minore vli affirmatiua ifert sclusio pticularis negatia directe cōcludēdo Et reducitur iste modus ad ferio. p conuersionem p accidēs minoris de felapton: r hoc sic. nam ad istas duas pmissas de felapton. nullus homo ē lapis r omnis homo est animal: sequunt iste due premisse de ferio scz nullus homo est lapis: et animal est homo. per conuersionem p accidens minoris de felapton: et vltra sequitur. nullus homo est lapis: et animal est homo: ergo animal non est lapis. per consequentiam de ferio. ergo de primo ad vltimum bene sequitur: null⁹ homo est lapis r omnis homo est animal

Diffio de felapton.

ergo animal non est lapis. p regulam gnalē. Q uiedo sequitur. zc.

Contra dicta pmo sic arguit. Bn̄ sequit. hō ē sortes. z nullus hō ē asinus. ergo asinus nō ē sor. et tn̄ arguit minore negatia in tertia figura. ergo male dicit in textu q minore exn̄te negatia i tertia figura nichil seqt. ¶ Scdo sic arguit. bn̄ sequit. lucidissimus planeta lucz: z ois lucidissimus planeta ē omis sol. ergo omnis sol lucet: z tn̄ ccludit vniu̇salit in tertia figura. ergo male dicit q in tertia figura sp ccludit pticularit ¶ Tertio sic arguit. nō seqt cuiuslz hois asinus currit: z cuiuslibet hois asinus qescit. ergo qescēs currit. z tn̄ arguit in darapti: ergo darapti nō est cn̄a formalis

Ad primū dicit negando cn̄am: qz text⁹ intelligit nisi caueat q nō arguat a nō distributo ad distributū. modo hoc cauet in pdicto argumēto ¶ Ad scdm̄ negat cn̄a: qz textus intelligit dūmodo terminus q distribuit in cclusione nō distribuatur i pmissis. qz tūc sp ccludit pticularit. ¶ Ad tertiū dicit q si capiat hoc totū: hois asin⁹ p medio tūc ccedit maior et negat minor qz nō obfuatur quita cditio gnal sed si ille terminus hois solū capiatur p medio tūc etiā ccedit maior z negatur cn̄a. qz tūc nō obseruatur scda cditio: qz hoc totū asinus currit: siue asin⁹ currēs sumitur p maiore extremitate in maiore. z hoc totū asinus qescit: siue asin⁹ qescēs sumitur p minori extremitate in minore: et tn̄ illa nō sumunt in cclusione p minori extremitate et maiori extremitate

¶ Aristoteles aūt sic diffinit enthymema. Enthymema ē syllogismus ex icotibus et signis. Icos aūt idē est q̄ propositio probabilis. Signum vt hic sumit̃: idē ē q̄ demonstratiua seu necessaria ppō. vel probabilis: et hoc i inferēdo. Signū vt hic sumit̃ dicit necessitatē illatōis. Icos aūt dicit probabilitatē ipius propōnis in se: scđm quā pbabilitatē ppō dr̃ esse vera. Uñ licet in enthymemate est tm̃ vna ppō inferens et alia illata: tñ scđm q̄ inferens ppō apparet oibus esse vera vel pluribus: sic dicitur icos: id est probabilis. vt quilibet diligit diligentē se. Scđm aūt q̄ ipa infert conclusionē de necessitate: sic est signū. et sic eadē ppō est icos et signū scđm aliud et aliud. Dr̃ñt icos et signum ¶ Si q̄s obiiciat q̄ ēthymema debeat sic diffiniri. Enthymema est ex icote et signo. cū tm̃ sit vna propō inferens q̄ est icos et signū scđm diuersa Obiectio ¶ Ad hoc sic dicēdū est: q̄ licet sit vna ppō inferens actu: tamē habet in se virtutē duarū ppōnū: q2 hȝ in se virtutē ppriā: et illius que subintelligitur. et sic est vna scđm substantiā: et due scđm virtutem. Solutio. Et ideo dicit̃ in plurali nūero ex icotibus et signis: et nō ex icote et signo. ¶ Sciendū q̄ oē enthymema dȝ reduci

De reductõe ẽthymematis ad syllm̃.

ad syllogismũ. In enthymemate eni sunt tres termini sicut in syllo: et duo illorum sunt in conclusione. et sunt maior extremitas: et minor extremitas. alius aũt nõ ponitur in cõclusione: et est mediũ. Illarũ aũt extremitatũ/ altera sumitur bis/ et altera semel Ex extremitate ergo semel sũpta et ex medio fiat vna ppõ: sʒ exigentiã modi et figure. et sic habetur syllogismus Verbi gratia. in hoc enthymemate oẽ aïal currit: ergo omis homo currit. hõ et currit sũt due extremitates: et aïal est medium: sed illa extremitas. s. hõ sumpta est tm̃ semel. ex ipsa ergo et medio fiet vna ppositio. s. oïs hõ est aïal. et tũc erit perfectus syllũs sic. oẽ aïal currit. oïs hõ est aïal: ergo oïs homo currit.

Acceptiones enthimematis

¶ Circa hunc tertiũ notandũ est pmo q iste termi9 enthymema capitur tripliciter. ¶ Uno mõ large: et tũc dʒ sic describi. Enthymema est argumentatio: in q ex vna ppõe expressa. vel ex pluribus ppõibus expressis: et non syllogistice ordinatis infertur ɔñs. Et sic capitur iste termi9 enthymema qñ dr q oïs argumẽtatio est syllogistica aut enthymematica ¶ Alio mõ capitur stricte: et tunc describitur sic. Enthymema est argumentatio non inductiua: vel exemplaris: in qua ex vna propõe cathegorica vel plurib9 nõ syllogistice ordinatis infertur ɔclusio. Et hoc mõ capitur qñ dr q oïs argumentatio est syllũs: iductio. enthymema: vel exemplũ: hoc mõ ɔuersiones equipollẽtie: ɔña a tota copulatiua ad eius partẽ. et ɔña a pte disiunctiue ad totã disiunctiuã. et sic de aliis sunt enthymematice ¶ Tertio mõ capitur strictissime: et tunc describitur sic. Enthymema est argumentatio in qua ex sola ppõe cathegorica in añte expressa: infertur aliqua conclusio: cui ppõt nisi aliqua pmissarum adderetur ad eandẽ conclusionẽ inferentẽ esset bon9 syllũs. Et hoc mõ capitur a. p. h. qñ diffinit enthymẽa. Et sic ei9 diffinitio dʒ exponi sm istã vltimã descriptionẽ. Et isto vltimo mõ capiendo istũ terĩm enthymema conuersiones eqpollẽtie: et sic de aliis non sunt ɔñe enthymematice: qa tales argumentatões non sunt reducibiles ad syllogismũ.

Intel. diffinitionis pbi.

Notãdum est secundo q hic autor diffinit enthymema diffinitõne data ab aristotele. et dʒ diffinitio sic intelligi. Enthymema est argumẽtatio non inductiua nec exemplaris pbatiua alicuius ɔclusiõis ex vna pmissa in añte expressa: vel ex pluribus non syllogistice ordinatis. vt sortes est hõ: g sor est risibilis.

Differũt icos et signum

Ñ hic icos in pposito dr ppõ probabilis Signũ aũt dr ppõ necessaria siue ppõ inferens aliã ppõem in ɔña necessaria. Uñ vna et eadeʒ ppõ põt dici icos et signũ. nam ex quo est pbabilis et appet oib9 vel pluribus aut maxime notis eẽ xa dr icos. et sm q est necessaria vel ĩ ɔña necessaria infert aliquã ppositionẽ dicitur signum.

De reductõe ẽthymematis ad syllm̃.

Notandũ est tertio q enthymemata q ex pluribus ppõnibus inferũt cõsequens non possunt reduci ad syllogismũ. qr in illis non infertur conclusio ex vna sola ppõne cathegorica in añte expressa: per medium diuersum ab extremitatibus conclusionis. Sed enthymema qd ex vna sola ppõe cathegorica ĩ añte

expressa: infert ꝯñs: b͡n pōt reduci ad syllm̄. et ille termin⁹ q̄ ponitur ī añte ⁊ nō ī ꝯñte dr̄ mediū. ¶ Añ reducere enthymema ad syllm̄: est añti enthymematis addere ꝓposi tionē aliquam: virtute cuius totū añs de necessitate īfert ꝯñs: qd̄ tñ ꝯñs non de necessitate sequitur ad añs enthymematis. Unde in redu ctione enthymematis ad syllm̄ ꝓ- pō que deficit dʒ constitui ex duo- bus terminis: quorū vnus ponit̄ ī añte ⁊ non in ꝯñte. et alius poni- tur in ꝯñte ⁊ non in añte ¶ Exem plū: vt hoc enthymema. s. hō ē ani mal: ğ hō est subā: reducit̄ ad syllo gismū addendo istā ꝓpōem. scilʒ/ omne aīal est subā. que ꝯstituit̄ ex illo termino aīal: q̄ ponitur in añ- te ⁊ non in ꝯñte. ⁊ ex illo termino substantia qui ponit̄ ī consequen- te: et non in antecedente.

Notādū ē quarto ꝙ ad co gnoscendū q̄ pre- missa deficit in enthimemate: de- bemus respicere si ille termin⁹ q̄ est p̄dicatū in ꝯñte vel sibi similis ponat̄ in añte: et tūc ī enthimema te deficit minor. Sed si ille termi- nus q̄ est subiectū ꝯñtis siue sibi si milis ponat̄ in añte: tunc deficit maior. Exemplū primi. vt oē aīal est substantia. ğ hō est substantia. Exemplū scd̄i: vt hō est aīal. ğ hō est substantia. ¶ Sed ad sciendūʒ ad quā figurā dʒ reduci enthime- ma: videndū ē si illd̄ qd̄ p̄dicat̄ in ꝯclusione vel sibi sile ponat̄ ī añte a p̄te subiecti. ⁊ si sic tūc enthimēa dʒ reduci ad scd̄am figurā p̄ addi tōem minoris. qʒ illd̄ qd̄ p̄dicat̄ in cōclusione ēthimematis est maior extremitas. ⁊ illa subijcit̄ ī maiori ꝓpōe in scd̄a figura. Sed si p̄dica tū ꝯclusionis ponat̄ ī añte a p̄te p̄ dicati: tūc si mediū p̄dicet̄ ī ꝓpōe q̄ addit̄ dʒ reduci ad p̄mā figuraʒ Sed si ī ea subiciat̄: dʒ reduci ad tertiā. Si vo subiectū ꝯclusionis enthimematis ponat̄ ī añte a par te p̄dicati: tūc enthimema dʒ redu ci ad tertiā figurā Sed si ponat̄ a p̄te subiecti et mediū ponat̄ a p̄te p̄dicati in ꝓpōe q̄ adderet̄ reduci tur ad scd̄am figurā Si āt mediū ī ea p̄te sbi pōat̄ tūc reducit̄ ad primā figurā vt p̄tʒ practicanti.

Documē tū ꝓ noti- cia p̄missе deficiētis

Cōtra dicta arguit̄ sic primo. en- thimema nō est syllogismus. ergo non est syllogismus īperfectus. te net ꝯsequentia a toto in modo ad suam partem negatiue. ¶ Scd̄o arguit̄ sic: hic est enthimema: sor tes currit et plato disputat. ergo sortes currit: et tñ nō est reducibi le ad syllogismū. ergo male dicit̄ ꝙ enthimema reducit̄ ad syllogis mū. ¶ Tertio sic arguit̄. hic ē en thymēa: sortes currit. ergo homo currit. et tñ non est reducibile ad syllogismū: cū nō sit in mō et in fi gura. ergo enthimema compositū ex vna cathegorica p̄o añte nō est ad syllogismū reducibile

Ad p̄rimū dicit̄ negando ꝯsequentiā: qʒ ibi cōmittitur fallacia secundum quid ad simpliciter. ¶ Ad secūduʒ dicitur negando cōsequētiā. quia hoc intelligitur de enthimemate cuius antecedens est vna proposi tio cathegorica. ¶ Ad tertium di citur ꝙ licet illud enthimema non sit reducibile ad syllogismū cathe goricū de medio cōi: est tñ reduci- bile ad syllogismū expositoriū de medio singulari

¶ Exemplum est qñ vnū p̄ti culare probatur per aliud: ꝓ pter aliquod sile repertum ī ipsis vt parisienses pugnare contra rothomagenses ma- lū est. ergo turonenses pug- nare contra pictauienses ma lum est: qʒ vtrobiqʒ ē pugna re affines contra affines. Diffio ex empli.

Acceptō nes exempli

¶ Circa hūc textū notādū est primo q iste terīn⁹ exemplū vt ad ꝓpositū sufficit capit dupl. ¶ Uno mō large ꝛ sic exēplū ē argumētatio in q̄ infert ꝯclusio ꝓpt silitudiem reptam inter res significatas per terminos añtis ꝛ consequentis siue antecedens ꝛ consequens sint propositiōes pticulares/vniuersales indefinite vel singulares. vt hic est exemplum. oēs āglici sūt boni homines armoꝝ: ergo oēs britones sūt boni homies armorū. q2 vtriqꝫ sūt exercitati in actibus bellicis. ¶ Alio modo capit stricte: et sic exemplū est argumentatio ꝓbatiua conclusionis particularis ex alia ꝓpōe pticulari: vel aliquibus pticularib⁹ ꝓpt aliquā silitudiēz reptaz int res sigificatas p terios añtis ꝛ ꝯñtis. vñ in ꝓposito pticulare se extendit ad indefinitū.

Quando exēplū est ꝯña ꝓbatiua.

Notādum est scdō q exemplū nō est ꝯña ꝓbatiua: nisi in añte vel i ꝯñte exp̄mat teri⁹ silitudis. ꝛ sic nō est hic exēplū: brugēses sūt diuites: g̃ rothōagēses: s3 hic ē exēplū. brugenses sūt diuites: g̃ rothomagenses. q2 hñt vtrobiqꝫ bonū portum maris. Uñ i exēplo sp d3 obsuari q arguat respectu p̄dicati qd ꝯueniat terīo silitudis vlr sūpto vt in pluribus. vt i exēplo dato cū terīo silitudis vlr sūpto vt in pluribus: scilicet habentes bonum portum maris ꝯueit p̄dicatū. cū ista i pluribus est ῡa. omnes hñtes bonum portū maris sūt diuites

Dfnt exēplū ꝛ iductio.

Notādū est tertio q exemplum differt ab iductōe dupl. ¶ Uno mō q2 inductio semꝑ habet ꝓ consequente ꝓpositōem vlem: sed exemplū quandoqꝫ particularē ꝛ qñqꝫ vniuersalē habet si large capiat. Exemplum de conclusione singulari. vt sortes est risibilis: ergo plato est risibilis Exemplum de particulari: vt brugenses sunt diuites: ergo et rothomagenses. De cōclusione vero vniuersali patet in primo notabili ¶ Secundo differunt q2 inductio sp habet in añte plures ꝓpositiones singulares: dūmodo subiectū añtis habeat plura singularia: s3 si non habeat nisi vnum singulare tūc inductio in añte nō habet nisi vnā ꝓpositōem singularē. sed exēplū (vt in pluribus) non hab3 nisi vnam ꝓpōem singulare3 siue indefinitam siue particularē. sed tamē in añte exēpli pñt esse plures ꝓpōnes pticles vl' idefite: ꝛ silr iꝯñte.

De reductōe exēpli ad syllogismu3

Notādū est quarto q exēplū reducit ad inductionem imperfectam et ad syllogismum hoc modo. Nam ꝓ medio syllogismi debet poni termin⁹ similitudinis. et ꝓ maiore extremitate debet poni predicatum cōclusionis. et pro minori extremitate subiectum eiusdem. et ꝓ medio inductionis imperfecte (siue ꝓ termino inferente) debet poni subiectum antecedentis exempli ex eo inferendo vnam vniuersalem. vt hoc exemplum sortes ē risibilis: ergo plato est risibilis. q2 vterqꝫ est homo: sic reducitur sortes ē risiblis ergo omnis homo est risiblis consequentia patet per inductionem imperfectam. Similit a singulari ad vniuersalem eius respectu p̄dicati conuenientis subiecto vniuersalit sumpto valet consequentia: ꝛ vltra sequitur. omnis homo est risibilis ꝛ plato ē homo. ergo plato est risibilis. p cōsequentiam de variū. ergo de primo ad vltimū bene sequitur: sortes est risibilis: ergo plato ē risibilis quia vterqꝫ ē homo. Et sic patet q exemplum reduci ad syllogismum non est de exemplo facere syllogismum: sed est ostendere quomodo cōsequens exempli sequitur ad antecedens exēpli ꝑ iductionē iꝑfectā ꝛ ꝑ sylm

Contra dicta sic arguitur p̄mo

hic est exemplū.oēs āglici sūt bōi hoīes armoꝝ:ergo ⁊ ōs britōes sꝫ boni hoīes armoꝝ:qꝛ vtriqꝫ sūt exercitati in actibus bellicis: ⁊ tamē diffinitio exempli non sibi conuenit:cū ibi nō ꝓbeꝫ vnum pticulare per aliud.ꝫ diffinitio est mala.

¶ Scdo sic arguitur.hic est exemplū stricte capiendo Soꝫ est risibilis:ergo plato est risibiꝫ.qꝛ vterqꝫ est hō.⁊ tñ diffinitio nō sibi conuenit:qꝛ ibi nō ꝓbaꝫ vnū particulare per aliud.ꝫ diffinitio exempli stricte capiendo est mala. ¶ Tertio sic arꝫ.ad probationem ꝯclusionis non sufficit notitia āñtis:sed bonitas ꝯñe.sed in exemplo non ē bōa ꝯña.ꝫ ꝑ exemplū nichil ꝓbari pōt

AD PRIMŪ dicitur ꝙ lꝫ ibi sit exēplū large capiēdo:nō tñ stricte capiendo exēplū. nō exēplū large sūptū nō diffiꝫ hꝫ:sꝫ solū stricte. ¶ A ſm dꝫ negādo minorē.⁊ ad ꝓbatōeꝫ dꝫ distinguēdo assūptū vel stricte capiēdo istū ſmīm pticulare vt distiguitur ꝯ īfinitū ⁊ singulare:⁊ sic ꝯceditur assūptū.vel large capiēdo pticulare vt se extēdit ad illa:⁊ sic negaꝫ assūptū ¶ Ad ꝟtiū dꝫ ꝙ licet ī exēplo nō sit ꝯña i foꝛalis:tñ ē bña materialis.et etiā intellectus supplet bonitatē ꝯñe.

¶ Locus est ꝑ quē argumētū confirmaꝫ:ideo danda est ei⁹ diffinitio ꝓut hic sumitur

¶ Vñ locus est sedes argumēti:vel id a q̄ ad ꝓpositam qōnē cōueniēs trahiꝫ argumentū. Quid aūt sit q̄stio dictū ē. ¶ Et sciendū est ꝙ ꝓpo pō.q̄stio.cōclō.⁊ enunciatio ſm sbāꝫ idē sunt.dꝫūt aūt ſꝫ rōes.diuersas eni hñt rōnes siue diffinitōes: vt prius paruit. Scdꝫ eni ꝙ dubitabilis est dꝫ q̄o.ꝓut vero iā ꝓbata est ꝑ argumentū ē cōclusio.ꝓut poniꝫ ꝓ alio in p̄missis.est ꝓpō.ꝗqꝛ ꝓpō dꝫ ſm ꝙ ē i p̄missis ad ꝓbandū cōclusionē. Enūciatio aūt ē ſm ꝙ significat eē vel nō eē:vt sortes currit.sortes nō currit ¶ Locus aūt diuiditur in locū maximā:et in locū dꝫiam maxīe

Locus maxīa idē est ꝙ maxima. Vñ Maxīa ē ꝓpō q̄ nō est altera prioꝛ.neqꝫ notioꝛ. vt oē totū est maius sua pte Itē de q̄cunqꝫ p̄dicaꝫ diffinitio et diffinitū.et de q̄cūqꝫ p̄dicaꝫ spēs de eodē p̄dicatur gen⁹. ¶ Loc⁹ dꝫia maxīe est illud q̄ vna maxīa differt ab alia.vt iste maxīe. De q̄cūqꝫ p̄dicatur spēs ⁊ gen⁹.et de q̄cunqꝫ p̄dicaꝫ diffinitio ⁊ diffinitū dꝫnt per terios ex q̄bus cōponūtur.vna eni cōponiꝫ ex gñe et spē.altera ex diffinitione et diffinito. vñ isti teri simplices dꝫr dꝫie et maxīe. ¶ Et sciendū ꝙ tā loc⁹ maxima q̄ꝫ loc⁹ dꝫia maxīe dꝫ locus.qꝛ vtrūqꝫ ꝯfert firmitatē et robur argumēto. Vñ ꝓpoꝛtionabiliꝫ sumiꝫ hic locus ad locū in reb⁹ naturalib⁹:qꝛ sicut ille seruat res in eē: sic similr hic loc⁹ ꝯfirat argumētū

¶ Circa hunc textū notanduꝫ est p̄mo ꝙ hic nō capiꝫ loc⁹ prime intentionaliꝫ ꝓ coꝛpe locante siue ꝓ superficie circūdante coꝛpus loca

Margin notes:

Diffio loci dialecꝫ

Dꝫñt pro pō.q̄o:cō clo:tenū.

Dīo loci.

Quid sꝫ loc⁹ maxīa.

Quid loc⁹ dꝫa maxime.

rum:sed secunde intentionaliter ꝑ loco logicali:et nõ ꝑ loco sophisti/co:sed dialectico. Quid aũt sit loc⁹ sophisticus logicalis videbit̃ i tractatu de fallacijs. quid aũt sit loc⁹ dialecticus videbit̃ inferius Silr iste terminus sedes in diffinitõne loci non capit̃ pme intentiõaliter ꝑ scanno siue cathedra:sed secũde intentionalit̃ ꝑ illo ꝑ qd cõfirmat̃ argumentũ dialecticũ. ¶ Vñ diffinitio loci data a.p.h. dꝫ sic intelligi. Locus dialecticus est oro cõfirmatiua argumẽti dialectici vl̃ teri ex quibus talis oro cõponit̃:ex q̃ꝝ teriorũ habitudine adinuicẽ talis oro hꝫ veritatẽ:et argumentũ ꝑpt̃ talẽ orõem hꝫ veritatẽ et euidẽtiã Vñ per hoc ꝙ dr̃ oro confirmatia tangit̃ locus maxia.et per hoc qd dicitur vel termini tangitur locus differentie maxime.

Intel.diffiniti.loci

Notãdum est scdo ꝙ autor diuidit locum:q̃ diuisio dꝫ sic intelligi. De nũero locorũ ali⁹ est loc⁹ maxima. et ali⁹ est locus dr̃ia maxie. Vñ iste termi⁹ maxima non capit̃ in ꝑpo/sito pme intentionalit̃ et adiectiue cũ tunc eẽt oro incõgrua: sed capitur scdẽ intentionalit̃ et substãtiue. Silr iste teri⁹ dr̃a capit̃ secunde intentionalit̃ et substantiue: ita ꝙ sit ꝯpositiua locutio in ambob⁹ membris diuidentib⁹:et põt dici ꝙ hoc totũ loc⁹ maxia est vna dictio:et sic capitur incomplexe. Silr loc⁹ dr̃a maxime est vna dictio vel supplẽs vicẽ vni⁹ dictiõis incõplexe. ¶ Itẽ iste termin⁹ maxima et hoc cõplexũ loc⁹ maxia idẽ signt̃ et ꝑ eodẽ sup/ponũt:sed tñ ꝯũtibilit̃. qr iste termin⁹ maxima est superius ad hoc complexũ locus maxia. qr oẽ illud quod est locus maxima est maxia: sed nõ econtra. qr ista ꝑpõ quodlꝫ est vel non est est maxia: et tñ non ẽ locus maxia:cũ ipa nõ sit ꝯfirmatiua alicui⁹ argumẽti. ¶ Itẽ ista diffinitio:maxima est,etc. dꝫ sic intelligi. Locus maxima est regula siue ꝑpõ:qua non ẽ altera prior ne ꝙ notior:que ẽ p̃cise composita ex eisdẽ teris vel silib⁹ cũ ea. sicut ista ꝑpõ:oẽ totũ est maius sua parte

Intel.diuisiõis loci

Notãdũ est tertio ꝙ locus maxia est rl̃a siue ꝑpõ per se nota confirmatia alicuius ꝯñe dialectice. Exemplum:vt ista oro de quocũꝙ p̃dicat̃ diffinitio et diffinitũ est loc⁹ maxima:et ꝑ talẽ ꝑpõem confirmat̃ argumẽtũ. ¶ Dr̃ notanter in diffinitiõe cõfirmatiua alicui⁹ ꝯñe dialectice: ad dr̃am maximaꝝ siue regularũ vel ꝑpõnũ per se notarũ:q̃ non confirmant argumenta:vt ista ꝑpõ: omne totũ est mai⁹ sua parte:est maxima:et tñ nõ est loc⁹. ¶ Itẽ ista diffinitio loc⁹ dr̃a maxie est.etc. intelligit̃ sic. Locus dr̃a maxie est termĩ ex quib⁹ cõponit̃ maxima siue rl̃a ꝯfirmatiua ꝯñe dialectice:ex q̃ꝝ habitudine adinuicẽ maxia habꝫ veritatẽ et euidentiã: et ipa differt ab alijs maximis Exemplũ:vt isti teri diffinitio et diffinitũ sunt loc⁹ dr̃a maxie. qr ex istis teris componit̃ ista maxima. de quocũꝙ predicatur diffinitio et diffinitũ. et ista maxima hꝫ euidentiã et veritatem ex hitudine teriorũ istoꝝ.s.ly diffitio et diffinitũ. et per istos terios illa maxima dr̃t ab alijs maximis. vtputa:ad ista:de quocũꝙ p̃dicat̃ spẽs et gen⁹. ¶ Alio mõ põt intelligi diffinitio. Locus dr̃a maxie ẽ termin⁹ vel teri:ex quo vel ex q̃bus cõponit̃ maxia:verificabilis vl̃ verificabiles de teris ꝯpositis in añte et ꝯñte ꝯñe ꝑ maximã ꝯfirmabilis

Exemplũ

Intel.diffiniti.loci dr̃e max.

Exemplũ

Notandũ ẽ quarto ꝙ qñ argumentũ dialecticũ est factũ cõiter solet queri Vñ loc⁹. isti⁹ q̃onis sensus põt esse mltiplex. ¶ Vn⁹ sensus ẽ qs teriorũ positorũ i maxia ꝯfirmatiua talis ꝯñe dialectice ẽ v̾ificabil̃ de termio inferẽte:et qs de termio illato ꝯñe for̃ate. ¶ Ali⁹ sensus ẽ:a quo

Sensus illi⁹ q̃ois Vñ locus

terio denoiatur regula siue maxima confirmatiua argumenti: per quam tenet consequentia dialectica. ¶ Alius sensus: quod est habitudo termini inferentis ad terminum illatum Et solet responderi ad istam questionem que fit a diffinitione ad diffinitum: hoc est: iste terminus diffinitio verificabilis est de termino inferente: et ille terminus diffinitum est verificabilis de termino illato: siue terminus a quo denoiatur maxima confirmatiua est iste terminus diffinitio. et terminus inferens se habet vt diffinitio respectu termini illati. Et quia ista responsione habita: non adhuc habetur regula per quam exponitur argumentum: siue per quam confirmatur argumentum: ideo solent homines querere maximam: hoc est quod est maxima siue regula per quam valet talis consequentia dialectica. siue per quam argumentum habet virtutem probandi consequens Alii aliud querunt: da maximam. hoc est da regulam compositam ex terminis verificantibus de termino inferente et termino illato: que quidem regula sit confirmatiua talis consequentie forte vel sensus est. explica habitudinem quam habet antecedens ratione termini inferentis ad consequens ratione termini illati. Et ad questionem solet responderi de quocunque predicatur diffinitio et diffinitum. similiter quicquid predicatur de genere et specie. vnde manifestatio istarum regularum videbitur in sequentibus.

Contra dicta arguitur primo sic. locus est corpus locans vel superficies circundans corpus locatum. sed argumentum non confirmatur per corpus locans vel superficiem circundantem corpus locatum. ergo non confirmatur per locum. et per consequens male dicitur quod locus est proprio confirmatiua argumenti. ¶ Secundo sic arguitur nulla bona diffinitio debet dari per metaphoram. vt videtur velle aristoteles. secundo posteriorum. sed ista datur per metaphoram: ex quo iste terminus sedes capitur metaphorice etiam similiter iste terminus locus. ergo est insufficiens ¶ Tertio sic arguitur. si illa diffinitio esset bona: sequeretur quod isti termini homo: equus et animal essent locus. consequens est falsum cum isti termini non sunt locus maxima. nec locus diffinitio maxime vt patet per diffinitionem loci maxime. consequentia patet. quia ex duobus terminis sumitur agumentum. puta ab inferiori ad superius.

Ad primum dicitur quod licet capiendo istum terminum locus prime intentionaliter sit corpus locans siue superficies circundans corpus locatum: non tamen si capiatur secunde intentionaliter. quomodo capitur in proposito ¶ Ad secundum dicitur quod licet nulla bona diffinitio debeat dari per metaphoram non reductam ad propriam locutionem manifestam: tamen bene datur diffinitio per metaphoram quando datur per terminos metaphorice sumptos ¶ Ad tertium dicitur negando consequentiam. et ad probationem dicitur quod licet ab ipsis sumatur argumentum tanquam ex terminis ex quibus constituitur argumentum siue consequentia vel argumentatio dialectica. non tamen sumitur ab illis tanquam a terminis verificabilibus de termino inferente et termino illato: ex quibus maxima confirmatia argumenti componitur

¶ Locus differentia maxime diuiditur per locum intrinsecum/extrinsecum et medium. ¶ Locus intrinsecus: est quando sumitur argumentum ab his que sunt de substantia rei sicut in diffinitione: vt animal rationale mortale currit. ergo homo currit. ¶ Locus extrinsecus est quando sumitur argumentum ab his que omnino separata sunt a substantia rei: sicut in loco ab oppositis: vt si queratur vtrum sortes est albus. et probetur. sortes non est niger. ergo sortes est albus. ¶ Locus medius est: quando sumitur argumentum ab his que partim conueniunt cum terminis in questione positis: et partim

Diuisio loci.

Quid locus intrinsecus

Quid locus extrinsecus.

Quid locus medius

differunt ab eis sicut vniuo=ca ꝛ denciatiua: q̄ dicuntur coniugata. vt si queratur vtrum iustitia sit bona: et probatur sic. iustū est bonū: ergo iusti=tia est bona.

Intellec. diuisionis. ¶ Circa hunc textū notādū ē pri mo ꝙ hic pn̄r autor diuidit locū dif ferentiā maxie: q̄ diuisio dꝫ sic in telligi. De nūo locoꝝ dr̄iaꝝ maxie quidā ē locus dr̄ia maxie itrīsecus et quidā extrinsecus: ꝛ quidā loc⁹ medius. Et sicut locus dr̄ia maxie diuidit. sic etiā locus maxia diuidtur p locū maxiaꝫ intrīsecū: ꝛ per locū maxiaꝫ extrinsecū: et per locū ma Quid lo/c⁹ dr̄a ma xie intrīs xiam mediū ¶ Locus dr̄ia maxie itrinsecus ē termī v̄ificabiles de terīo inferēte ꝛ terīo illato alicui⁹ ꝯn̄e in q̄ ꝯn̄a termī supponūt pro eodē ꝯuertibilit: vel vn⁹ v̄ificatur de alio cū hoc addito eē in: secūdū aliquē modū eēndi in. Exēplū vbi termini supponunt p eodē cōuer tibilit: vt sor est hō: ergo sortes est risibilis vt subm ꝛ propria passio eius sūt locus dr̄ia maxie itrinsec⁹ Exēplum vbi vnus v̄ificat de alio cū hoc addito eē in. vt in hoc argu mento: domus ē: ergo partes ē. ibi vnus illoꝝ terioꝝ v̄ificat de alio cū hoc addito eē in. cū hec sit vera partes est in domo: et isti duo terī scꝫ nomen totius integralis: ꝛ no men partis integralis sunt locus differentia maxie intrinsecus

Notādū

est scđo ꝙ locus ma xia itrinsec⁹ ē regu Quid lo/c⁹ max. in trinsecus la siue ꝓpō per se nota ꝯfirmatia alicui⁹ ꝯn̄e dialectice: cōpositis ex tēis v̄ificabilib⁹ de terio iferēte ꝛ terio illato supponētibus p eodē ꝯuertibilit. vel v̄ificales de seīui=cē cū hoc addito eē in: vt ista pro/pō. de q̄cūꝗ̄ p̄dicat diffio et diffi=tū: ē locus maxia intrīsecus: qꝛ p tlēꝫ ꝓpōem ꝯfirmat tale argumē tū: sor ē aīal rōnale: ḡ sor est hō. et etiā ista ꝯstituit ex teris v̄ificabi libus de teris ī tali argumēto po Quid lo,c⁹ dr̄a ma xie extrīsecus sitis. ¶ Locus dr̄ia maxie extrīse cus ē terī v̄ificabiles de terio ife rente et illato alicuius ꝯn̄e: ī qua ꝯn̄a terī nō supponūt p eodē: nec vnus illoꝝ v̄ificat de alio cuꝫ hoc addito eē in: nec vnus cōnotat ali quid p quo alter supponit. vt isti t̄ mini habitus et priuatio

Notādū

est quarto ꝙ loc⁹ maxia extrinsec⁹ est regula vel ꝓpō ꝯfirmatiua ali Quid lo/cus max. extrīsec⁹. cuius ꝯn̄e dialectice: cōposita ex teris v̄ificabilibus de terio infe=rente et terio illato: nō v̄ificabili=bus de se iuicē cū hoc addito eē in nec vnus cōnotat aliquid p quo alt̄ supponit. vt ista maxia. de q̄cū ꝙ v̄ificat vnū cōtrarioꝝ opposito rū: ab eodē v̄e remouet reliquum est ꝯposita ex teris verificabilib⁹ de terio inferēte et terio illato: q̄ nō supponūt p eodem: nec pn̄t ve=rificari de se inuicem cū hoc addi to eē in: vt ista argumētatō ꝯfirat per maximā iā dictā: sortes est al=bus: ergo non est niger. et isti duo terī albus et niger nō supponūt p eodem: nec vnus verificat de alio cū hoc addito esse in.

Notādum

est quarto ꝙ Locus dr̄ia maxie medius est terī v̄ificabiles Quid lo/c⁹ dr̄a ma xie medi⁹ de terio inferēte et terio illato: nō supponētib⁹ p eodē: q̄ꝝ vn⁹ cōno tat illud p quo alt̄ suppōit. vel ecō tra: vt isti terī abstractū et ꝯcretū sūt terī v̄ificabiles de terio inferē te et illato: q̄ nō supponūt p eodē et tn̄ vnus cōnotat illud p quo alt̄ supponit. Vn̄ hic ē s̄mo de abstra=ctis et ꝯcretis voce et significatōe sit. vt albū et albedo. et nō voce tm̄ vt quātitas et quātū. ¶ Sed loc⁹ Quid lo/cus maxi ma medi us maxia medius ē regula siue ꝓpō ꝯfirātia alicu⁹ ꝯn̄e dialectice: cui⁹ ꝯn̄e termi⁹ iferēs ꝛ t̄min⁹ illatus nō supponūt p eodē: sꝫ vnus ꝯno=tat illō p q̄ alt̄ supponit: et ip̄a est

cōposita ex ipsis terīs: vt ista maxima si concretū p̄dicetur de concreto: et abstractū de abstracto.

Contra dicta sic arguitur p̄mo Locus maxima nō diuidit per locū intrinsecū: extrinsecū / et mediū vt p3 i textu. ergo nec loc9 dr̄a maxime: t3 ꝯña. qr nō videt maior rō de vno q̄ de alio ¶ Scdo sic ar: locus a causa ad suū effectū est loc9 intrinsecus: et tñ nō sūitur argumētum ab his q̄ sunt de sbā teriorum in q̄one positorū. ergo diffinitio ē īsufficiēs. mior p3: qr cā efficiēs ñ ē d sbā rīox. rc. ¶ Tertio sic ar: arguēdo a diffinito ad diffitionē ē locus intrinsecus: et tñ ab his nō sumit argumentū q̄ sunt de substantia terminorū. cū diffinitū nō sit d sbā diffinitōis. g̃ diffio ē īsufficiēs

Ad primū dr̄ negādo añcedens: et ad ꝓbationē dr concedēdo q. p. h. non posuit diuisionē loci maxime: s3 ꝓpter hoc non seqtur q locus maxima non diuidat. qr nō seqtur p. h. non dicit: g̃ non est ita. Uel pōt dici q diuisio loci maxime satis dat intelligi per diuisionē loci dr̄e maxime. ¶ Ad secundū dr negando minore. et ad ꝓbationē dr q dupl'r pōt intelligi q aliqd sit de sbā terminorū. Uno mō q est ps eēntial' teriorū: vel de diffinitōe teriorū. et sic ɔcedit. Alio mō qr teri nō supponūt ꝓ eodē: nec ꝟificant de seinuicē cū hoc addito eē iii. et sic negatur. ¶ Ad tertiū dr silr̄ ut dictū ē

Subdiuisio p̄ma Quid loc9 a subā. ¶ Itē locus itrinsecus diuidit per locū a subā. et p locū a ɔcomitātibus sbām. ¶ Locus a subā est qñ sumitur argumētū ab his q̄ sunt de sbā termiorū in q̄stione positor. Et ille locus diuidit per locū a diffinitione: a descriptione: et a nois interpretatione

¶ Circa hūc textū notādū ē p2io q hic ɔñr autor diuidit locū intrīsecū: q̄ diuisio d3 sic intelligi. De numero locorū dr̄arū maxime intrinsecorū. alius est locus dr̄a maxime intrinsec9 a sbā. Alius est locus dr̄a maxīe intrinsec9 a ɔcomitantib9 sbām. Et silr̄ diuiditur locus maxīa intrinsec9: per locū maximā intrīsecū a sbā. et per locū intrinsecū a ɔcomitātib9 sbām ¶ Locus dr̄a maxime intrinsec9 a sbā ē terīꝟificabiles de terīo inferente et terīo illato: supponētibus ɔuertibilit̄ ꝓ eodē. vt isti teri diffinitio et diffinitū sunt locus dr̄a maxime intrinsecus a sbā: qr sunt terī ꝟificabiles de terīo inferente et de termino illato: qui supponūt ꝓ eodē conuertibiliter. Intel. sb diuisiōis Quid loc9 max. intrinsecus a subā

Notādū est secundo q loc9 maxima intrinsecus a sbā est ꝓpō per se nota: cōfirmatiua ɔñe dyalecti e: cōposita ex terīs ꝟificabilib9 de terīo inferēte et terīo illato: supponētib9 ꝓ eodem ɔuertibilit̄. Exemplū: vt ista maxīa. de quocūqȝ p̄dicat̄ diffinitio et diffinitū: est locus maxima intrinsecus a sbā: qr est ꝓpō affirmatiua ɔñe dialectice: cui9 teri terīn9 inferens et teri9 illatus ꝓ eod supponūt ɔuertibilr: et ipa constituit̄ ex terisꝟificabilib9 de terīo inferente et termio illato. ¶ De nūero aūt locorū dr̄arū maxime intrinsecorū a subā: alius est locus a diffinitione/ alius est a descriptione/ alius est ab interp̄tatione. Et silr̄ diuidit̄ locus maxima intrinsec9 a subā p locū maximā intrinsecu3 a diffinitōe: a descriptōe: et p locu3 maximā ab interp̄tatione. Quid locus maxima intrinsec9 a sbā Intel. sbdiuisiōis secūde.

Notādū est tertio q in ista diuisione p locu3 a diffinitione datur intelligi locus a diffinito. Et ad istū locū reducit̄ locus a synonymo ad synonymum Et silr̄ locus a dr̄a essētiali ad suā Qui loci reducunt̄ ad p̄cōs

speciē īmediatā: qꝛ sicut diffinitio
(ꝓprie capiēdo diffinitionē) pre
dicatur eēntialit̄ ꝛ cōuertibilit̄ de
diffinito: ita terminus synonym⁹
de terīo synonymo ei⁹. Et dr̄a eēn
tialis de sua spē imediata ꝑdicat̄
eēntialit̄ et ꝯuertibilit̄. ¶ Et simi
liter per locū a descriptōe: dat̄ in=
telligi loc⁹ a descripto. Et ad istū
locū reducūtur loc⁹ a subiecto ad
suā ꝓpriā passionē. et etiā locus a
passione ad suū subiectuꝫ: qꝛ sicut
descriptio predicatur accidentalr̄
ꝛ cōuertibiliter de descripto. et eꝯ
ita ꝓpria passio ꝑdicat̄ accn̄taliter
ꝛ conuertibilit̄ de suo sbo: et econ
tra. ¶ Et per locū ab interꝑtatōe
datur intelligi locus ab interꝑta/
to ad interꝑtatōem. Et ad istū lo/
cū reducūtur locus ab exponibili=
bus ad expositā. Et silr̄ loc⁹ ab ex
posito ad exponētē. nō qꝛ exponēs
ꝛ expositū predicātur de se inuicē
conuertibilit̄: sed qꝛ ꝯuertibiliter
idē sigātur quantū ad veritateꝫ et
silitatē.

Quis ter min⁹ infe rēs ꝛ illa tus.

Notādū est quarto ꝙ terī⁹
inferens est termin⁹ positus in an=
tecedente: rōe cuius tale añs dici=
tur añs ad tale ꝯñs. Sed termin⁹
illatus est termin⁹ positus in ꝯñte
rōe cuius tale ꝯñs dr̄ ꝯñs ad tale
añs. vt in ista ꝯña: hō currit. ḡ aīal
currit. iste termin⁹ hō dr̄ termin⁹
inferēs. ꝛ iste termin⁹ aīal dr̄ terī⁹
illatus. Añ (vt dicūt autores) loc⁹
dꝫ denoīari a terīo inferēte: ꝛ non
a terīo illato: hoc est ab aliquo ter
mīo verificabili de terīo inferēte:
qui importat terīm inferenteꝫ sic
se hr̄e ad terminū illatum. Ex quo
patet ꝙ oīs termin⁹ q̄ ꝯuenienter
rn̄det̄ cū querit̄ (vn̄ locus) dꝫ esse
terminus secūde intētōis siue im/
pōnis qui de materiali significato
debet significare terīm inferenteꝫ
et de formali sigāto dꝫ sigāre teriꝫ
taliter se hr̄e ad terīm illatū: puta
vel vt gen⁹: vel vt diffinitio. et sic ď
aliis. Et ex talibus dn̄t cōstitui rl̄e
siue maxime dialectice.

Contra dicta ꝑmo sic
arguit̄
Diffinitio loci a substātia cōuenit
loco a cōcomitantibus sbām: ergo
est insufficiens. Añs pꝫ: qꝛ in loco
a concomitantibus sbām sumitur
argumentū a sbā terioꝝ in q̄stione
positorū: ḡ ꝛc. ¶ Scđo sic arguit̄
locus ab interꝑtatione ad interꝑ=
tatū est locus a sbā: ꝛ tn̄ teri n̄ sup=
ponunt ꝓ eodē ꝯuertibilit̄. ḡ diffi=
nitio loci a substantia nō ꝯueīt oī
ꝯtento sub diffinito. Minor pꝫ de
ista interpretatione ledens pedē:
ꝛ de isto interpretato lapis: q̄ non
supponūt ꝓ eodē conuertibiliter.
¶ Tertio sic ar̄. locus a diffinito:
ꝛ silr̄ locus a descripto st̄ loci a sbā
ꝛ tn̄ nō enūant̄ in dione. ḡ ē isuffic̄

Ad primū dr̄ negādo añs
ꝛ ad ꝓbatiōeꝫ
dꝫ ꝙ lꝫ sumat̄ argumentuꝫ a subā
teriorū verificabiliū de se inuicem
cū hoc addito esse in: nō tn̄ a subā
eoꝝ ꝓ eodē cōuertibilit̄ supponen
tiū. ¶ Ad secundū dr̄ negando mi
norē. ꝛ ad ꝓbationē dr̄: ꝙ lꝫ ledens
pedē sit interꝑtatio nō ꝯuertibilis
cū isto terīo lapis: tamē de tali nō
est hic ad ꝓpositū: sꝫ solū de inter/
ꝑtatione conuertibli cū interꝑta=
to. ¶ Ad tertium dicit̄ ꝙ locus a
diffinito datur intelligi per locū a
diffinitione. et locus a descripto ꝑ
locū a descriptione.

Quid locus a diffinitione.

¶ Diffinitio est oratio: indi=
cans qđ ē esse rei ꝑ eēntialia
¶ Locus a diffinitione ē ha
bitudo diffinitōnis ad diffini
tū. Et ꝯtinet quattuor argu=
menta et quattuor maximas
¶ Primo subiciēdo diffini=
tioneꝫ affirmatiue vt aīal rō
nale currit: ergo hō currit.
¶ Loc⁹ a diffinitiōe affirma
tiue. Maxima. q̄cq̄d ꝑdicat̄

de diffinitōe: et de diffinito.
¶ Secūdo p̄dicādo diffiniti
onē affirmatiue. vt sortes est
aīal rōnale mortale: ergo sor
est hō. ¶ Locus a diffinitōe
affirmatiue Maxia. de q̄cū-
q̄ predicat̄ diffinitio: et diffi
nitū. ¶ Tertio subiciēdo dif
finitionē negatiē: vt aīal rōa
le mortale nō currit: ergo hō
non currit. ¶ Loc⁹ a diffiniti
one negatiue. Maxia. q̄cq̄d
remouet̄ de diffinitiōe: etiaȝ
rēouet̄ de diffinito. ¶ Quar
to p̄dicando diffinitionē ne-
gatiue. vt lapis nō est amial
rōale mortale. ergo lapis nō
est hō. ¶ Locus a diffinitōe
negatiue. Maxia. a quocun
q̄ remouetur diffinitio ⁊ dif
finitū. ¶ Locus a diffinito ē
habitudo ipsius ad suā diffi
nitionē. Et cōtinet quattuor
argumēta: et quattuor maxi
mas: sicut locus a diffinitōe.
¶ Primo subiiciendo diffini
tū affirmatiue. vt hō currit.
ergo aīal rōale mortale cur-
rit. ¶ Locus a diffinito affir
matiue. Maxima. q̄cq̄d pre
dicatur de diffinito: etiam d̄
diffinitione. ¶ Secūdo p̄di
cando diffinituȝ affirmatiue
vt sor est hō: ergo sor est ani
mal rōale mortale ¶ Locus
a diffinito affirmatiue Ma-
xia. de q̄cunq̄ p̄dicat̄ diffini
tū ⁊ diffinitio. ¶ Tertio subi
ciendo diffinitū negatiue. vt
hō nō currit: ergo aīal rōale
mortale ñ currit Locus a dif
finitō e negatiue. Maxia. q̄c
quid remouet̄ a diffinito: eti
am a diffinitione. ¶ Quar-
to p̄dicādo diffinitū negatiē
vt lapis nō est hō. ergo lapis
nō est aīal rōale mortale.
¶ Locus a diffinito negatiē
Maxia. a quocūq̄ remouet̄
diffinitū: etiā diffinitio ¶ Et
sciendū q̄ locus semp̄ debet
denoiari a terio inferēte: ⁊ ñ
ab illato. vt qñ diffinitio est
inferens: est locus a diffiniti
one. qñ vero diffinitū est in-
ferens: est locus a diffinito.
¶ Circa hūc textū notādū ē p̄mo
q̄ h̄ ꝯfir ī ꝓposito ñ capit̄ diffītio
large vt sub se ꝯp̄hēdit diffionē q̄d
ditatiuā: descrptionē: ⁊ diffionē q̄d
nois. sȝ capit̄ stricte ꝓ diffione eēn
tiali siue q̄dditaria: ⁊ ꝓ diffioe cā-
li. Et dȝ diffio ei⁹ sic itelligi Diffio
ē orō explicās q̄d ē res sīgta p̄ dif
finitū ꝯposita ex terīs q̄ p̄dicāt̄ eēn
tialr̄ de diffito. ¶ Loc⁹ dr̄a maxie
a diffioe ē terī ꝯuīcabiles, d̄ terio
iferēte ⁊ de terio illato alicui⁹ ꝯñe
dialectice: supponētib⁹ ꝓ eodē con
uertiblr̄. quoꝝ vn⁹. s. ly diffio: p̄di
cat̄ d̄ t'io iferēte: ⁊ ly diffitū p̄dicat̄
d̄ t'io illato ¶ Sȝ loc⁹ maxia a dif
fiōne, ē r'a siue ꝓpōꝯsit̄ etia ꝯñe di
alectice: ꝯposita ex istis duob⁹ t'is
s. ly diffitio et ly diffitū: q̄ꝝ vn⁹. s. ly
diffio p̄dicat̄ de t'io iferēte: ⁊ ly dif
finitū p̄dicat̄ de t'io illato. Exēplū
vt d̄ q̄cūq̄ȝ p̄dicat̄ diffio ⁊ diffitū.
Notādū ē t'o q̄ loc⁹ a diffio
ne ꝯtiet quattuor
mōs arguēdi. siue p̄ locū a diffioe
possū⁹ q̄ttuor mōis arguere: vt sa
tis pȝ ī textu. sȝ obs'uāde sūt due cō
ditiōes q̄rū p̄ma ē: q̄ teri stēt p̄sōa
lit': q̄r si starēt mālr̄ siue siplr̄ ꝯña ñ

Notabile

Intel. lo-
ci a dif. tā
maxie q̄
dr̄ā max.

quid loc⁹
a diffito

Cōditōes
argumēto
ruȝ loci a
diffione

valeret: vt nō seqꝫ: aīal rōnale est vox ꝯplexa. ḡ hō ē vox ꝯplexa: cū aūs sit vex et ꝯūs fl̄m. Silr nō seqꝫ. aīal rōnale ē diffīo: ḡ hō ē diffinitio. ¶ Scḋa ꝯditio ē: ꝙ nō varieꝫ appellatio: qꝛ tūc non valeret argumētū: vt nō seqꝫ fortē scio eē hominē: ḡ fortē scio eē aīal rōale. qꝛ sens⁹ aūtꝫ ē iste. fortē scio eē hoīeꝫ ſm ꝯceptū cui subordinaꝫ ista vox hō: ⁊ ex ista nō seqꝫ ꝯūs scꝫ ꝙ fortē scio eē aīal rōale. Et iste due cōditōes dn̄t pōi ī qlꝫ loco maxīa a diffitōe. vt de qlꝫ p̄dicaꝫ diffīo et diffinitū: dūmō teri stent ꝑsonalit et dūmo nō varieꝫ appellatio.

Intel. locis diffinitaꝫ ma. ꝙ dfamaxi.

Notādū ēt̄io ꝙ ista diffio dꝫ sic itelligi Loc⁹ dr̄ia maxīe a diffito est duo teri s. diffitū ⁊ diffio ḡꝛvn⁹: s. ly. diffitū v̄ificabilis ē de terio iferēte. et ly diffio de terio illato ¶ Sed locus maxīa a diffito ē regula siue ꝑpō ꝯfirmatīa ꝯn̄e dialectice: ꝯposita ex illis duob⁹ teris scꝫ ly diffitū ⁊ ly diffio quoꝝ diffitū v̄ificaꝫ de terio iferēte: ⁊ diffio de terio illato ꝯn̄e ꝯfirmāde ꝑ talē regulā. vt de q̄cūꝫ p̄dicaꝫ diffitū ⁊ diffio: sed dn̄t obſuari due ꝯditōes p̄us posite ⁊ etiā dꝫ addi ī qlꝫ loco maxīa a diffito.

Quis loc⁹ a synonymo ad synonymū.

Notandū ē quarto ꝙ ad istos locos reduciꝫ loc⁹ a synonīo ad synonimū ⁊ eꝫ. Ūn loc⁹ dr̄ia maxīe a synonimo est isti teri synonimū ⁊ synonimū ḡꝛvn⁹ ē v̄ificabilis de terio iferente: ⁊ ali⁹ de terio illato. ¶ Sꝫ loc⁹ maxīa a synonimo ē regula siue ꝑpō ꝯfirmatīa ꝯn̄e dialectice: cōpoita ex illꝫ teris synonymū ⁊ synonymū. Et silr dn̄t obſuari ꝯditōes pri⁹ posite. Et pn̄t fieri argumēta q̄tuor mōis ꝑ istū locū sicut ꝑ locū a diffinitōe. Ūn tūc argumētū tꝫ cōstructie qn̄ aūs ē ꝑpō affirmatiua et tūc tenet destructiue qn̄ aūs est ꝑpō negatīa siue equalēs negatīe

Contra dicta arꝫ p̄mo sic. non sequiꝫ aīal rōnale est diffīo. ḡ hō ē diffio. et tñ arꝫ a diffinitōe ad diffinitū affirmatiue subiiciendo. ḡ ⁊c. ¶ Scḋo sic arꝫ fortē scio esse hoīē ergo fortem scio esse aīal rōale: et tñ arguiꝫ a diffinito ad diffionem ḡ male dictū ē ꝙ a diffito ad diffinitōem valet argumentū affirmatiue p̄dicando. ¶ Tertio sic arꝫ: si diffio loci dr̄ie esset bona seq̄reꝫ ꝙ isti duo teri: hō et aīal rōnale eēnt loci dr̄ie maxīe: cū vnus illoꝝ ē hītudo vnius ad aliū: sed ꝯūs est fꝫ qꝛ ex illis nō ꝯponiꝫ maxima: nec illi termini sūt ipsa maxima.

Ad p̄mū ⁊ scḋm dicitur ꝙ solutō patet ex dictis. ¶ Ad tertiū diciꝫ negādo ꝯn̄am capiēdo diffinitionēꝫ ad intellectum prius datum

Quid descriptio

¶ Descriptio est orō significans esse rei ꝑ accidentalia. vt aīal risibile est descriptio homis. Uel sic. Descriptio est orō cōstās ex gn̄e ⁊ ꝑpō vt aīal risibile. ¶ Loc⁹ a descriptiōe est hītudo descriptionis ad descriptū. Et continet quattuor argumēta et quattuor maximas sicut locus a diffinitiōe. Et formāꝫ hic codē modo argumēta et maxīe sicut ibi: nisi ꝙ ibi ponitur diffinitio ⁊ diffinitum: hic vero descriptio et descriptū.

Quid loc⁹ a descriptione.

¶ Interpretatio est duplex: q̄dam eni est que non conuertitur cuꝫ iterpretato suo. vt ledēs pedem est interpretatō huius nomis lapis. Alia est q̄ cōuertitur cū iterp̄tato suo. vt amator sapientie ē iterpretatio huius nois

Dupl' ex iterp̄tatio.

philosophus. et hoc mō sumitur hic et diffinitur sic. Interpretatio est expō vnius nois minus noti per aliud nomen magis notū. vel p integram orationē. ¶ Locus a nois interpretatione est habitudo interpretationis ad interpretatū. Et continet tot argumenta et tot maximas sicut locus a diffinitione. ¶ Primo subiciendo interpretationē affirmatiue. vt amator sapiētie currit. ergo philosophus currit. ¶ Locus a nois interp̄tatōe Maxima. quicquid predicatur de interpretatiōe et de interpretato. ¶ Uel sic a parte predicati. vt sortes est amator sapientie. ergo est philosophus. ¶ Locus a nominis interpretatione. Maxima. d quocūq predicatur interpretatio: et interpretatū. ¶ Negatiue sic a parte subiecti: vt amator sapientie non currit: ergo philosophus nō currit ¶ Locus a nominis interp̄tatione. Maxima. quicquid remouetur ab interpretatione: et ab interpretato.

Quid locus a nois interp̄tatione.

¶ A parte predicati sic. sortes non est amator sapiētie: ergo non est philosophus ¶ Locus a nominis interp̄tatione. Maxima. a quocunq remouetur interpretatio: et interpretatum Et eodē mō intelligit de interp̄tato sicut de diffinito.

¶ Circa hunc textū notandū ē p̄mo q h ōñr autor diffinit descriptionez: q̄ diffinitio sic dz intelligi. Descriptio est ōrō idicās siue manifestās quid est res sigāta per descriptū: cōposita ex termīs q̄ predicant accn̄taliṫ de descripto. vt animal gressibile bipes: est descriptō hui' teri hō. Alia diffio descriptionis q̄ ponit in textu est satis clara. ¶ Locus dr̄a maxime a descriptione est duo termī scz descriptio et descriptū: quoꝝ vn⁹. s. descriptio verificaṫ de terīo inferēte. et ly descriptū de terīo illato ōñe cōfirmāde per maximā ex illis terīs cōpositam. ¶ Sed locus maxima a descriptione est regula siue ꝓpō confirmatiua ōñe dialectice: cōposita ex illis duobus terīs scz descriptō et descriptū. quoꝝ vn⁹. s. ly descriptio verificaṫ de terīo inferēte: et alius scz ly descriptū de terīo illato. Exempliū: vt qcq̄d p̄dicaṫ de descriptione: et de descripto: dūmō terī supponant personalṫ: et dūmō nō varieṫ appellatio. Et aṫ quattuor modis per istū locū: sicut in loco a diffione. Et sunt quattuor maxime sicut in loco a diffinitiōe: ponendo loco istius teri diffinitio illum terminū descriptio.

Quid descriptio

Intel. loci a descp̄tōe tā maxīe q dr̄e maxime

Notandū est secūdo q locus dr̄a maxīe a descp̄to est duo termī: quoꝝ vn⁹ scz descriptū verificaṫ de terīo iferente: et ly descriptio de terīo illato ōñe cōfirmande p maximā ex illis terīs cōpositam. ¶ Sed locus maxima a descripto ē regula siue ꝓpō ōfirmatiua ōñe dialectice cōposita ex illis terīs. s. descriptū et descriptio: quoꝝ vnus. s. ly descriptum verificaṫ de terīo inferente. et ly descriptio de terīo illato. Exemplū: vt qcq̄d affirmaṫ de descripto etiā affirmaṫ de descriptione: termīs ꝑsonalṫ supponētib⁹: et dummō nō varieṫ appellatio. Et fiūt q̄tuor mōis argumēta p istū locū: sicut p locū a diffinito: et silṫ q̄ttuor

Intel. lo. a descp̄to tā max. q dr̄e max.

Intel. lo. ab interp̄tatione tā maxie. q̄ dr̄a max.

maxime. ¶ Itē duplex ē inſp̄ᵉtatio. ſcʒ interp̄tatio conuertibilr̄ cū interp̄tato: et de illa nō eſt hic ad ꝓpoſitū. Alia eſt ꝯuertibilis cū interpretato. ⁊ de illa ē hic ad ꝓpoſitū. ¶ Un de locᵒ dr̄a maxīe ab inſp̄ᵉtatōe eſt duo termi. ſ. inſp̄tatio ⁊ interpretatū. quorū vnus. ſ. ly interp̄tatio eſt verificabilis de termio inferēte: et interp̄tatū de termio illato ꝯn̄e dialectice ꝯfirmāde p maximā ex illis termis ꝯpoſitā ¶ Sed locus maxima ab inſp̄tatiōe eſt regula ſiue ꝓpō confirmatiua ꝯn̄e dialectice cōfirmande: ꝯpoſita ex iſtis termis. ſ. ly interpretatio: et ly inſpretatū: quorꝫ vnᵒ. ſ. ly inſpretatio verificatr̄ de termio inferēte: ⁊ alius. ſ. ille termīᵒ inſp̄tatū de termio illato ꝯn̄e ꝯfirmande per illā maximā. ⁊c. Exemplū: vt q̄cq̄ verificatr̄ de interp̄tatione ⁊ de inſp̄tato. dūmō termi ſupponāt pſonalr̄. ⁊ dūmō nō varietr̄ appellatio Et pñt q̄ttuor mōis fieri argumēta: ⁊ q̄ttuor mar. p iſtū locū: ſicē p locū a diffiōe

Intel. lo. ab inſpretato: tam ma. q̄ dr̄a maxime.

Notādū eſt tertio q̄ locus dr̄a maxīe ab inſpretato eſt duo termi. ſ. ly interp̄tatū: ⁊ ly īſp̄tatio. q̄ꝝ vnᵒ. ſ. ly īterp̄tatū eſt verificabilis de termio inferente. et alius. ſ. ly īterp̄tatio de termio illato ꝯn̄e dialectice cōfirmande p regulā ex illis termis ꝯpoſitā ¶ Sʒ locus maxīa ab interp̄tato eſt rl̄a ſiue ꝓpō cōfirmatiua ꝯn̄e dialectice: cōpoſita ex illis termis. ſ. interp̄tatū ⁊ interp̄tatio. quoꝝ vnᵒ. ſ. ly īterp̄tatū verificatur de termio infe rente. et alius. ſ. inſpretatio v̄ifica tur de termio illato. Et tunc pñt fieri argumēta q̄ttuor modis ſicut in loco a diffinito. et ſilr̄ q̄ttuor maxime: obſuatis duabᵒ ꝯditiōibᵒ priᵒ dictis. q̄ cōditiōes dn̄t addi ad maximas. vt quicq̄ p̄dicatr̄ de interp̄tato etiā de interp̄tatōe: termis ſtantibus pſonalr̄: ⁊ dūmō nō varietur appellatio. ¶ Sed ſi quis querat p quā maximā ſiue per quas maximas dn̄t ꝯfirmari argumenta vbi

Queſtio

arḡr̄ a diffinitione ad diffinitū: ⁊ ecōtra. a deſcp̄tione ad deſcriptū: et econtra. ab interp̄tatione ad interpretatū: et ecōtra. q̄n̄ termiᵒ inferēs et termiᵒ illatus nō ſunt rc̄ta vel p̄dicata: ſed ſūt termi obliq̄ qui ponuntr̄ a parte ſubiecti: vel a pte p̄dicati.

Solutio.

¶ Dr̄ q̄ talia argumēta tenent ⁊ ꝯfirmantr̄ p̄ er tales maxīas. Quicquid aliquo mō attribuitr̄ diffinitioni obliq̄ ſumpte: eodē mō dʒ attribui diffinito obliq̄ ſumpto. Et per illā maximā iſtud argumentū: ſiue iſta ꝯn̄a tʒ. Brunellᵒ eſt aſinᵒ aīalr̄ rōnalis. ergo brunellus eſt aſinus hoīs. ¶ Silr̄. quicq̄d attribuitur ſiue ꝯuenit diffinito obliq̄ ſumpto eodēᵒ attribuitr̄ diffinitōi obliq̄ ſūpte. p illam maximā cōfirmatr̄ illa ꝯn̄a Sortes verberat hoīem. ergo ſortes v̄berat aīal rōale. Et ſimiliter pñt fieri maxīe a deſcriptōne ⁊ a deſcp̄to. ab iterp̄. ⁊ ab īſp̄tato.

De lo. ab exponēte ad expoſitam. ⁊c.

Notādū eſt quarto q̄ ad iſtū locū ab interpretatione reducitr̄ locᵒ ab exponēte totali ad expoſitā. Et ad locum ab interp̄tato reducitr̄ locus ab expoſita ad exponentē totalē. ¶ Un̄ locus dr̄a maxīe ab exponēte totali ad expoſitā: eſt duo termi. ſ. exponēs totalis et expoſita: quorū vnᵒ. ſcʒ exponēs totalis: eſt verificabilr̄ de termio inferēte: et ly expoſita de termio illato ꝯn̄e dialectice cōfirmāde per maximā ex illis termis ꝯpoſitam. ¶ Sed locᵒ maxima ab exponente totali eſt regula ſiue ꝓpoſitio ꝯfirmatīa ꝯn̄e dialectice: ꝯpoſita ex illis duobᵒ termis. ſ. exponens totalis et expoſita: quorū vnᵒ. ſ. ly exponēs totalis: verificatr̄ de termio inferēte: et aliᵒ. ſ. expoſita de termio illato. Exemplū: vt ſi exponens totalis ſit v̄a expoſita eſt v̄a. Un̄ ī cōſequētijs q̄ fiūt per illū locū debemus arguere reſpectu termioꝝ iſtorū: verū: fl̄ſm: poſſibile: impoſſibile neceſſariū ⁊ ꝯtingēs. ⁊ tn̄ ſi illi termini capiātur mālr̄: tūc termīᵒ inferens. ſ. ly exponēs totalis dʒ ca

pl ꝯm suppõem mãlē:ꝛ sic terin⁹ illatus. Sed si tales termĩ supponant ꝑsonalitꝛ:tũc teri⁹ illat⁹ ꝛ termin⁹inferēs ꝛ illat⁹ dñt capi scđm suppõem ꝑsonalē. Exēplũ pmi:vt ista orõ.hõ currit:et nihil aliđ ab hoie currit:estva.ꝗ ista:tm̃ hõ currit:estvera. Et eodē mõ arguemus respectu alioꝝ terioꝝ prius enũeratoꝝ. Exemplũ secũdi:vt hõ currit:ꝛ nihil aliud ab hoie currit ve ꝗ tm̃ hõ currit vere siue veraciter

¶ Itē loc⁹ dr̃a maxie ab exposita est duo teri:quoꝝ termioꝝ.s.exposita et exponēs:vn⁹.s.ly expositaverificatur de terio inferēte. ꝛ alius scꝫ exponēs totalis de terio illato ꝯñe dialectice:ꝯfirmande per maximã ex illis teris compositam.

¶ Sed loc⁹ maxia ab exposita est regula siue,ꝓpõ confirmatiua:vt si exposita estva:exponēs ē vera. Et ꝯm istũ modũ eodē mõ arguemus sicut per locũ ab exponēte totali

Contra dicta arꝛ pmo sic. non seqtur.aial risibile fuit adaꝫ.ꝗ hõ est adam. ꝛ tñ ibi arguit a descriptione ad descriptũ.ergo ꝯm talem locũ nõvalet ꝯ̃a vel argumentuꝫ subijciendo. ¶ Scđo sic arguitur nõ seqtur.hõ currit:ꝗ oē aial risibile currit. ꝛ tñ ibi arꝛ a descripto ad descriptionē.ergo talis locus non valet. ¶ Tertio sic arguit.nõ seqtur.amatoꝛ sapientie est hõ. ergo phs ē ois hõ:cũ añs sit veꝝ:ꝛ ꝯñs falsum:ꝛ tamen ibi arguitur ab ĩꝑtatõe ad iꝑtatũ:ꝗ tal loc⁹ ñ vꝫ

Ad primũ dicitur negando minoreꝫ:q: in loco a descriptione termini debent mãere eque ample:ꝛ eque restricte ĩ añte ꝛ ꝯñte. ¶ Ad ꝯm dr̃ negãdo miorē:q: in loco a descptione ꝛ a descpto si⁹ iferēsꝛ si⁹ illat⁹ dñt eođ mõ suppõere:ꝛ ꝯm eãdē speciē suppõnis. mõ sic non est in ꝯña dicta. q: teri⁹ iferēs suppõit determiate:ꝛ teri⁹illat⁹suppõit ꝯfuse ꝛ distributiue. ¶ Ad tciũ dr̃ negãdo miorē:q: ꝯña ꝗ arꝛ ꝑ locũ ab iꝑtatõe terĩ dñt suppone eođ⁹ iañte ꝛ ꝯñte.mõ sic ñ est hĩ dicta ꝯña. q: ille teri⁹hõ suppõit defiate ĩ añte ꝛ ĩ ꝯñte distributie. Et iõ ĩ oib⁹ ꝯñtijs ꝗ fiũt ꝑ locũ a sbã illa sꝛ obsuanda: ꝙ terminus inferens ꝛ terminus illatus debent eodem mõ supponere:ꝛ ꝯm eandē speciē suppõnis.etiam debent supponere ꝑsonaliter:ꝛ nõ dꝫvariari appellatio.et cum hoc cetera debēt esse similia:hoc est debent manere sile copule.et alij termini a termino iferēte ꝛ a terio illato: dñt eodem modo supponere in ꝯsequente et in antecedente.secunda tamen cõditio nõ semper obseruatur in ꝯñtijs que tenēt ꝑ locũ ab exponēte totali ad expositã:et ecõtra.

¶ Locus a concomitãtibus subãm ē qñ suitur argumentum ab his ꝗ cõsequũtur terminos in questione positos. *Quid lo. a ꝯco.substantiam.*

¶ Et diuiditur. q: alius ē locus a toto. alius ē loc⁹ a parte.alius a causa.alius ab effectu.alius a gñatione. alius a corruptione.alius ab vsibus alius a cõiter accitib⁹ *Diuisio*

¶ Loc⁹ a toto diuiditur sicut ipm totũ Est eiqđdã totũ vle aliđ totũ itegrale.aliđ totũ i ꝗtutate.aliđ to.i mõ.aliđ to.i loco.aliđ totũ i tpe. Et ꝯm hoc mĩtuplex ē loc⁹ a toto.q: ali⁹ ē loc⁹ a toto vli.ali⁹ a toto itegrali.et sic de alijs. Et silr diuit loc⁹ a pte. *Subdiuisio.*

¶ Totũ vlē vt hic sumit ē qđlꝫ superius substantiale ꝯparatũad suũ inferius. i linea pdicamtali. vt aial ad hoieꝫ. et hõ ad soꝛtē. ¶ Pars subiectia dicitur

quodlꝫ inferius ſub toto vlī
Quid lo. a toto vlī. ſumptū. ¶ Locus a toto vlī
ſiue a gn̄e: ē hitudo ipſius to
tius vlis ad ſuā ptē ſubiecti
uam: ſiue ad ſuā ſpēm. Et eſt
ſꝑ deſtructiuꝰ p̄dicādo totū
vt lapis non ē aīal. ergo la-
pis nō eſt homo Maxima: a
quocūqꝫ remouet̄ genus ſi-
ue totū vlē: ab eodē remoue
tur ſpēs ſiue pars ſubiectiua
¶ Circa hunc textū notandū ē p̄-
Intelle. diffiōnis loci a con co. ſbam mo ꝙ hic ꝯn̄r autor diffinit locum
a cōcomitantibus ſubām: q̄ diffini
tio debet ſic intelligi. Locus diffe
rētia maxīe a ꝯcomitātibꝰ ſubām
eſt duo terī verificabiles de termi
no inferēte ⁊ termino illato verifi
cabilibus de ſe inuicē cū hoc addi
to eſſe in. vt iſti duo terī genus et
ſpecies. ⁊ ſimiliter cā et effectus
¶ Similiter locus maxima a con
comitātibꝰ ſubām eſt regula ſiue
ꝓpō cōfirmatīa ꝯn̄e dialectice: cō
poſita ex illis terīs verificabilibꝰ
de terīs inferēte ⁊ terīno illato. q̄
Intel. diuiſionis loci a ꝯco ſbam. verificant̄ de ſe īuicē cū hoc addi
to eſſe in. Exemplū: vt de quocūqꝫ
verificat̄ ſpēs: et ſuū genus ¶ Cō
ſequēter aūt autor diuidit locū a
cōcomitantibus ſubām dicēs. Lo
corū dr̄arū maxīe a cōcomitātibꝰ
ſubām. quidā eſt locus dr̄a maxīe
a toto. quidā ē locus dr̄a maxime
a parte ⁊ ſic de alijs. Et huius diō
nis quattuor vltima mēbra nō cō-
tinent̄ ꝓprie ſub loco a cōcomitā-
tibus ſubām. Similr̄ locus maxīa
a ꝯcomitantibus ſubām diuidit̄ per
locū maximā a toto. ⁊ ꝑ locū maxi
mā a parte. ⁊ locū maxīaꝫ a cauſa.
¶ Cōſequēt̄ ibi Locus a toto ⁊c.
ponit ſubdiuiſionē cuius ſēſus ē.
Intel. ſbdiuiſiōis. ¶ De numero locorū dr̄iarū ma-
xime a toto. alius ē locus dr̄ia ma
xime a toto vlī: alius a toto inteḡ
li: ⁊ ſic de alijs. Et ſilr̄ locus maxīa
a toto diuidit̄ ꝑ locū maxīam a toto
vlī: ⁊ per locū maxīam a toto inte
grali: ⁊ ſic de alijs. ¶ Similit̄ lo-
cus dr̄a maxime a parte diuiditur
per locum dr̄iam maxime a parte
ſubiectiua: ⁊ per locū dr̄iam maxi
me a pte integrali: ⁊ ſic de alijs. ⁊
ſilr̄ locus maxima a parte diuidi
tur per locuꝫ maximā a parte ſub
iectiua: ⁊ per locū maximam a p-
te integrali: ⁊ per locū maximaꝫ a
partibus ī quātitate: ⁊ ſic de alijs

Notādū eſt ſecūdo ꝙ in ꝓ-
poſito totuꝫ ⁊ ꝑs
non ſumunt̄ p̄me intētionalit̄: ſed
ſecūde intētionalit̄. ⁊ ſic ly totum Acceptiones toti⁹ in ꝑtis
ſignificat terīos q̄ ſunt tota logi-
galia: vel q̄ ſignificant res q̄ ſūt re
alit̄ tota ad alias res. Exēplum d̄
iſto terīo qui ē totū logicale. vt ly
aīal reſpectu ly hō. Exēplū de ter
mino q̄ ſigñificat rē q̄ ē realit̄ totuꝫ
vt iſte terminus domus Et ſimilit̄
iſte terminus pars qn̄ capit̄ ſcd̄e
intētionaliter ſignificat terīos q̄
ſūt ꝑtes logicales: vel q̄ ſignificāt
res q̄ ſunt realit̄ partes alterius
rei. Exēplū p̄mi: vt iſte t̄minus hō
reſpectu iſtius termini aīal. Exē-
plū ſecūdi: vt iſte t̄minus paries.
Uñ hoc ꝯplexū totū vlē capit̄ du-
plr̄. vno mō ꝓ terīo ſuperiori ꝑ ſe Acce. de ly totum vlē.
vel ꝑ accn̄s ad aliū t̄minū ſimpli-
cē. ⁊ hoc mō nō capit̄ ꝓ diffinito:
qn̄ pe. h. diffinit totuꝫ vlē. hoc mō
ly aīal ē totū vlē reſpectu ly riſibi
le et reſpectu ly homo. et ſic a toto
vlī hoc modo accepto nō ſumitur
locus dialecticus q̄ denoīat̄ a toto
vniuerſali. ¶ Alio mō capitur ꝓ
terīo ſuperiori ꝑ ſe ad alium t̄miꝫ
ſimplicē. vt ly aīal reſpectu ly hō.
⁊ hoc mō capit̄ ꝓ diffinito ī textu
et intelligitur diffinitio ſic. Totū
vniuerſale ē terminus p̄dicabilis
eēntialit̄ de ſua parte inferiori.

Notādū eſt tertio ꝙ ſimilr̄
hoc cōplexū pars Acce. de ly ꝑs ſub lectiua
ſubiectiua capit̄ duplr̄. Uno mō ꝓ
termīo inferiori per ſe vel per ac-

cidens ad aliū terminū simplicē3 et sic ly hō et ly risibile sūt partes subiectiue respectu illius termini aīal ꝛ sic a pte subiectiua nō sumit locus dialectic⁹. ¶ Alio mō capit p terio p se inferiori.vt ly hō rspe tu ly aīal et sic capitur p diffinito Et debet diffinitio pe.h. q dat de pte subiectiua sic intelligi. Pars subiectiua est terminus per se infe= rior respectu totius vlis. ¶ Item ista diffinitio locus a toto vli ꝛc.sic intelligit.locus dra maxime a to= to vli ē duo teri.s. ly totū vle et ly ps subiectiua.quoꝝ vnus.s. totu3 vle verificat de terio inferēte.ꝛ ali⁹ sc3 ly ps subiectiua de terio illato ꝯne dialectice:ꝯfirāde p maxiam ex illis teris ꝯpositā. ¶ Sed loc⁹ maxia a toto vli ē regula siue ppō ꝯfirmatia ꝯne dialectice: ꝯposita ex istis teris totū vle ꝛ ly ps subie ctiua:q꜒ vn⁹ sc3 ly totū vle ē verifi cabilis de terio inferēte.ꝛ ali⁹ sc3 ly ps subiectis de terio illato ꝯne dialectice ꝯfirāde p illā maximā vt a quocūq3 rēouet genus ꝛ spēs

Intel.lo. a toto vli tā max.ꝙ dra maxi

Notādū ē quarto q argu/endo a toto vli ꝛc. loco isti⁹ text⁹ d3 poni illa regula ꝯnaꝝ. ¶ Ois ꝯna cuius añs est p pō cathegorica negatia non expo nibilis:in q ponit terminus supe rior distributus: et ꝯns ē ppō ca/ thegorica negatiua in q ponit ter minus inferior eius: ē bona ꝯna. ¶ Dr notanter cathegorica: q2 si añs eēt ppō ypothetica nō oporte ret ꝯnam valere. vt nō seqt:nullū aīmal currit.nullus hō currit. ꝗ si nullus asin⁹ currit: nullus homo currit. ꝛ tñ ibi ar negatiue a supe riori distributo ad inferi⁹. ¶ Dr notāt nō exponibilis. q2 si añs eēt ppō exponibilis nō oporteret ꝯse quētiā valere.vt nō seqt sortes nō inꝗtū aīal ē risibilis. ꝗ aīal nō in= ꝗtū hō ē risibile. ¶ Dr etiā distri butus. q2 si terminus superior nō eēt distributus nō valeret ꝯna.vt

Rla ꝯña=rum

nō seqt aīal nō currit: ꝗ hō nō cur rit.Et etiā o3 obuare alias pprie tates logicales terioꝝ:vt dictū ē i solutōe tertij argumēti pcedētis le ctōis. ¶ Et si qrat aliqs. vtrū va/ leat argumētū a toto vli ad ptem subiectiuam affirmatiue ¶ Dicit ad hoc q sic.ꝛ ponitur talis regu/ la ꝯnaꝝ.Ois ꝯna cuius añs ē ppō cathegorica affirmatiua nō exponi bilis:in q ponit terminus supior distribut⁹ꝛ cū hoc ponit sufficiēt ꝯstantia oi3 inferiorū:ꝛ ꝯns ē ppō cathegorica affirmatia in q ponit terius inferior eius:est bona ꝯna. ¶ Dr notant dūmō ponat suffici ent ꝛc.q2 si ñ poneret ꝯstātia iferi oris sufficiēt tūc nōvaleret argum tū.vt nō seqt:oē aīal currit. ꝗ sor currit. sed oporteret sic dicere.oē aīal currit.et sortes ē. ꝗ sortes cur rit. Silr oīe aīal currit et sor est ꝛ plato est. ꝗ sortes currit et plato currit. In isto mō arguendi debēt obuari conditiones pus dicte.

Questio.

Solutio.

Regula ꝯsequen=tiarum.

Contra dicta ar pmo sic. Si nullū aīal currit: nullus hō currit ꝗ si nullus asinus currit: null⁹ hō currit.ꝛ tñ ibi ar a toto vli distri/ buto negatiue: ꝗ male dr in textu q semp tenet destructiue. ¶ Scdo sic ar nō seqt sortes ñ incepit esse coloratus. ꝗ sor nō incepit eē alb⁹ ꝛ tñ ibi ar a supiori ad iferius ne= gatiue.ꝗ male dr in textu q locus sp tenet destructiue. ¶ Tertio sic ar. Bñ seqt numerus ē. ꝗ binari⁹ ē.ꝛ tñ ar a supiori ad inferi⁹ affir= matiue ꝛ sine distributione: ergo contra textum

Ad pmū ꝛ scdm dr q so lutio patet ex dictis.q2 in pmo argumēto añs ē ppō hypothetica.ꝛin scdo argum to añs ē ppō exponibilis. ¶ Ad ttiū dr negādo miorē.q2 l3 illd qd ponit p termino inferēte in añte sit totū vle respectu termini illati tamē illud argumentū nō valet p

alia habitudinem: nec ɔña seqꝫ ad aꝫ s gr̃a talis habitudis: sed pōt dici ꝙ ibi aꝫ per locū a toto integ̃li ad suā partē. vel ꝑ locum ab effectu ad suā cām: vel ꝙ ibi arguiꝫ a toto vl̄i ad ptē subiectiā gr̃a mãe q: illō totū hꝫ hitudinē tale ad illā ptē ꝛ nō ad aliquā aliā ptem

Quid lo. a specie.

¶ Locus a specie siue a parte subiectiua est habitudo ipsius ad genus siue ad suum totum vniuersale. Et est semper constructiuus. Et habet duo argumenta ꝛ duas maximas ¶ Primo subiciendo speciem affirmatiue: vt homo currit. ergo animal currit. Maxima quicquid predicatur de specie siue parte subiectiua: hoc etiā ꝑdicaꝫ de gñe: siue ō toto vniuersali. ¶ Secundo predicando speciem affirmatiue. vt sortes est homo. ergo sortes est animal. Maxima. de quocūq; ꝑdicatur species siue pars subiectiua de eodem predicatur genus: siue totum vniuersale

¶ Circa hūc textū notādū ē p̄mo ꝙ ista diffinitio sic dꝫ intelligi. Loc⁹ dr̃a maxīe a pte subiectiua ē duo teri scꝫ ly ps subiectiua. ꝛ ly totū vl̄e q̄ꝝ vn⁹. scꝫ ps subiectiua v̄ificatur de terio inferēte: et ly totū vl̄e de terio illato ɔñe dialectice ɔfirmāde ꝑ maximā ex istis teris ɔpositā ¶ Sed locus maxīa a pte sbiectiā ē regula siue ꝓpō ɔfirmatiua ɔñe dialectice: ɔposita ex istis duob⁹ teris scꝫ ly ps subiectiua ꝛ ly totū vle. q̄rū vn⁹ scꝫ ps subiectiua ē v̄ificabilis de terio inferēte ꝛ alius de terio illato ɔñe ɔfirāt e ꝑ maximā illā. Exēplū vt q̄cq̄d ꝑdicaꝫ ō pte sbiectiā: ꝛ ō toto vl̄i. similꝫ ō q̄cūq; ꝑdicaꝫ ps sbiectiā: ꝛ totū vl̄e Et tꝫ iste loc⁹ affirātiue subijciēdo ꝛ ꝑdicādo vt satꝫ ꝑꝫ ꝑ maxīas iam dictas. Vñ in ɔña q̄ aꝫ a pte subiectiua ad totū vlē: debem⁹ cape ꝑtē subiectiuā q̄ ē terminus inferior in significando ꝛ in supponēdo et nō solum q̄ est inferior in significando: sicut iste termin⁹ adā. dr̃ terminus inferior in significando in ordine ad istū terminū hō: non tñ in supponēdo: ¶ Vñ ille terin⁹ diciꝫ inferior in supponendo: qui existēs subiectū in ꝓpōe affirmatiua de hoc verbo ē secundo adiacente supponit ꝓ vno vel ꝓ pluribus q̄ꝫ suus terminus superior: vt sortes nēdo ꝛ de vel hō respectu ly aīal. sed ille terminus diciꝫ inferior in significando qui materialiꝫ vel ad placitum solū vnū vel pauciora sig̃cat q̄ꝫ aliꝫ sicut ly adā vꝫ ly āticp̄s r̄spectu ly hō

Quis ter mi. inferi or i suppo nēdo ꝛ qs in sig̃ndo

Notādū est scd̄o ꝙ arguendo a pte subiectiua ad suū totūvlē obſuāda ē talis regula ɔñarū. ꝙ oīs ɔña cui⁹ añs ē ꝓpō cathegorica affirmatiua nō exponibilis in q̄ poniꝫ tminus s inferior ꝛ ɔñs ē ꝓpō cathegorica affirātiua nō exponibilis i q̄ poniꝫ tminus superior ad ipm nō distribut⁹ nec cū dictōe collectiua acceptus ceteris remanētibus p̄ibus: tā vocaliꝫ q̄ꝫ mentaliꝫ ē bona ɔña. ¶ Dr̃ notanꝫ cuius añs ē ꝓpō cathegorica q: si esset ꝓpō hypothetica nō oporteret ɔñam valere. vt nō seqꝫ si sortes currit hō currit. ergo si aīal currit: hō currit. Añs eñ ē verum ꝛ ɔñs falsū ꝛ impossibile. q: ē vna conditionalis q̄ ē mala ɔña ¶ Dr̃ notanꝫ affirmatiua. q: si eēt negatiua non valeret ɔña: nisi poneretꝫ constantia inferioris. vt nō sequitur sorꝫ nō est: g̊ hō non ē. sꝫ oꝫ sic arguere: sortes non est. ꝛ sortes nō est hō g̊ hō non est. mō añs est formaliter īpossibile ad qd̄ sequiꝫ qdlꝫ ¶ Dicitur notanter nō exponibi

Rla ɔñarum

Intel. lo. a spē tam ma. q̄ꝫ dr̃a maxīe.

lis: q si añs et ɔñs essent ꝓpõnes exponibiles: non oporteret ɔñam valere vt nõ seq̄r: sor incipit esse albus: ergo sortes incipit esse coloratus. similr sortes desinit esse alb⁹ ergo sortes desinit esse coloratus. silr sortes fuit alb⁹. ergo sortes fuit coloratus. similiter sortes inq̄tum homo est risibilis. ergo sortes inq̄tum animal est risibilis. Et principaliter illud intelligitur de exponibilibus in quib⁹ terminus inferior et terminus superior ponunt post dictões icludẽtes negationes Exemplũ vt sũt iste dictiones desinit incipit differt et sic de alijs. vel i quibus inferius et superius distribuũt vt ꝓpões reduplicatiue in quibus ponũtur iste dictiones secundũ quod vel inquãtũ. et sic de alijs

Notãdũ est tertio q notanter dicitur i regula non distributus: q: quando terminus superior distribuitur tunc non valet consequentia. vt nõ seq̄tur: omnis homo currit: ergo omne animal currit. nisi contingat q superius et inferius conuertantur: hoc est conuertibiliter ꝑ eque multis supponant. sed tamen vnũ habet generaliorez modũ cognoscendi scz ipm superius: q̄ aliud: scilz ipm iferius. vt bñ seq̄tur. omne idẽ est ens: ergo omne aliquid est ens. et de talibus magis videbitur in logica

¶ Dr etiã notanter in regula nec cũ dictione collectiua accept⁹: q: si terminus superior sumeret cuz dictione collectiua: non oporteret ɔñam valere. q: sic seq̄retur (posito casu q sint centum homines solum. et multa alia animalia) omes hoies sunt cẽtũ: ergo oĩa aĩalia sũt cẽtum capiendo ly oẽs et oĩa collectiue: sed hoc est flm: q: añs est verũ: et ɔñs flm ¶ Dicitur notanter ceteris paribus remanentibus vocaliter vel mentaliter: et spãlr mentaliter. hoc est nichil dz variari. sz illa q̄ ponũtur in añte tam vocalr q̄ mentalir: quoꝝ ɔceptus ẽ terminus inferẽs: dnt poni in ɔñte vł eoꝝ similia tã vocaliter q̄ mẽtalr et ꝑpr istã ɔditõnẽ nõ sequir ignis calefacit hoĩez: ergo ignis facit hoĩez q: illa q̄ ponunr in añte quorum vnus est terminus iferens nõ ponũr mẽtalir in ɔñte: q: i añte mẽtalir ponr ista ꝓpõ in cũ sẽsus antecedentis ẽ ille ignis facit caliditatẽ in hoĩe: et tñ illa nõ ponir i ɔñte mentalir. cũ añs nõ possit clarius manifestari nec sensus exprimi q̄ ipm exprimitur.

Notãdũ est quarto q arguendo secũdum istũ modũ sicut et ƀz alios debem⁹ obſuare: q termini teneantur vni uoce: eque ãple et eq̄ restricte: et eodẽ mõ appellate. Añ ad locũ a toto vlĩ reducir loc⁹ a toto disiũcto: q: totũ disiunctũ se hz ad partem disiũcti sicut genus ad spẽm: sicut hoc totũ disiunctũ hõ vel asinus: se hz vt magis cõe ad illũ terminũ hõ. silr ad illũ terminũ asinus. Et argumẽta q̄ fiũt a toto disiũcto dñt eodẽ mõ fieri a toto vlĩ tã affirmatiue q̄ negatiue: sed in maxis affirmatis taliũ argumẽtoꝝ dz poni iste terminus disiunctũ: vbi ponebar p̄us istud ɔplexũ totũ vłe. et illud ɔplexũ ps disiũcti dz poni vbi ponebar hoc ɔplexũ ps subiectiã

De loco a toto disiũcto.

¶ Et ad locuz a spẽ reducir loc⁹ a pte disiũcti ad totũ disiũctũ q: eodẽ mõ se hz ps disiũcti ad totũ disiunctũ sicut spẽs ad gen⁹. Et tenẽt argumẽta taz affirãtiẽ q̄ negatiẽ a pte disiũcti ad totũ disiũctũ sic p̄dicãdo sic subijciẽdo sicut a spẽ ad ge⁹.

De loco a pte disiũcti.

Contra dicta p̄mo sic arguir. Nõ sequitur asinus differt ab homine. ergo differt ab aĩali. et tñ ibi arguir ab inferiori ad superius. ergo talis ɔña nõ valet ¶ Scdo sic arguitur nõ sequitur: sortes incipit esse albus: ergo sortes icipit esse colorat⁹ et tñ ibi ar ab iferiori ad sup̄ius. ergo

talis ꝯña non valet. ¶ Tertio sic arguitur: nõ sequitur. sortes exñs extra parisius est videns parisius. ergo sortes existens parisius est agens parisius et tamen ibi arguitur ab inferiori ad superius: cum videns sit inferius ad agẽs ergo talis ꝯña nõ valet.

Ad primum dicitur negando cõsequẽtiã: quia in tali ꝯña añs et ꝯñs sunt ꝓpões exponibiles. et etiã superius distribuitur in ꝯñte. ¶ Ad scḋm dicitur negando ꝯñam: quia etiã añs et ꝯñs sunt ꝓpões exponibiles. ¶ Ad tertiũ dicitur negando ꝯñam: quia deficit vltima pticula in regula posita. quia in añte ponitur mentaliter illa ꝓpõ versus: cuius sensus añtis est iste. sortes exñs extra parisius est vidẽs versus parisius. et illa nõ ponitur in ꝯñte nec mẽtaliter nec vocaliter. et ideo deberet sic ꝯcludi. sortes exñs extra parisius est agẽs versus parisius.

quid totũ integrale et quid ps eius

¶ Totũ integrale est qḋ est compositũ ex ptibus habentibus q̃titatẽ. et pars eius dicitur ps integralis. ¶ Pars integralis est que cũ aliis ptibus cõstituit totũ. ¶ Locus a toto integrali est hitudo totius integralis ad suã partẽ. et est semp ꝯstructiuus. vt domus est. ergo paries est. Maxima. posito toto itegrali ponitur et q̃libet eius ps. ¶ Locus a parte integrali est hitudo ipsius ad suũ totũ. et ẽ sp destructiuus. vt paries nõ ẽ: ergo domus nõ est. maxima destructa parte integrali: destruitur et suũ totũ. ¶ Totum in q̃titate est vl'e sumptũ vl'r vt ois hõ. nullus hõ. ¶ Pars in q̃titate est quodlibet inferius ꝯtentũ sub illo toto vl'i vl'r sũpto ¶ Locus a toto in q̃titate est hitudo ipsius ad suam partẽ: et est cõstructiuus et destructiuus. Constructiue sic. vt ois hõ currit. ergo sortes currit. maxima. q̃cq̃d pdicatur de toto in q̃titate: et etiã de qualibet eius parte. Uel sic. si vl'is est vera quelibet pticularis eius erit vera ¶ Destructiue sic. nullus hõ currit: ergo sortes nõ currit. maxima. q̃cquid remouetur a toto in q̃titate: et a qualibet eius parte Uel sic Si vniuersalis est falsa q̃libet eius pticularis erit falsa ¶ Locus a ptibus in q̃titate ẽ habitudo oim partiũ in q̃titate simul sumptarũ ad suum totũ. et tenet constructiue: et destructiue. Constructiue sic vt sortes currit. plato currit. et sic de aliis. ergo ois homo currit. maxima. q̃cquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis et de suo toto. ¶ Destructiue sic. Sortes non currit: plato non currit. et sic de aliis. ergo nullus homo currit. maxima. quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis: et ab eius toto vniuersali. Uel si quelibet singularis non est vera: sua vniuersalitas non erit vera.

quid locus a toto integrali.

quid locus a parte integrali.

quid totũ in q̃titate et quid eius ps.

quid locus a toto in q̃titate.

quid locus a partibus in q̃titate

Quid to tū itegra

¶ Circa hūc textū notādū est pri mo ꝙ in ꝓposito hoc ꝯplexum to tū itegrale capit̄ scd̾e itentionalit̄ et dꝫ sic describi. Totū itegrale ē terminus cōis siue singularis: qui siḡat rem q̄ est totū integrale. vel multitudinem q̄ dr̄ totū integrale in ordie ad suas ptes. Exemplum primi: vt dom⁹ vel sor. Exēplū scd̾i vt nūer⁹ denari⁹. ¶ Silr̄ ly ps in tegralis sumit̄ scd̾e intētionalit̄ ꝛ describit̄ sic. Pars itegralis ē terminus significās rē q̄ est ps alicuius rei vel alic⁹ multitudis. Exemplū primi: vt pes vel man⁹. Exemplū scd̾i: vt nūer⁹ binari⁹ respctū nūi denarij. ¶ Sꝫ locus dr̄a maxie a toto integrali ē duo teri. s. ly totū integrale ꝛ ly ps integralis. quoꝝ vn⁹ scꝫ totū itegrale v̾ificat̄ de terio inferēte: ꝛ alius scꝫ ly ps integralis de terio illato ꝯn̄e ꝯfirmāde p maxiam ex illis teris ꝯposita Et loc⁹ maxia a toto integrali est regula siue ꝓpō ꝯfirmatie ꝯn̄e dialectice: ꝯposita ex istis duobus teris: scꝫ ly totū integrale ꝛ ps itegralis quoꝝ vn⁹. scꝫ totū itegrale v̾ificat̄ de terio inferēte: ꝛ ali⁹ scꝫ ps itegralis de terio illato eiusdē ꝯn̄e. Exēplū dat autor in textu qd̾ sic intelligit̄: si hoc v̾bū est fm ad iacens v̾e p̄dicat̄ d̾ toto integrali etiā p̄dicat̄ de pte itegrali.

Intel. loci a toto itegra. taꝫ ma. ꝙ dr̄a maxie.

Inte. loci a pte iteḡ tā maxie ꝙ dr̄a ma

¶ Itē loc⁹ dr̄a maxie a pte integrali est duo teri: s. ly ps integralis. ꝛ ly totū integrale. quoꝝ vn⁹ scꝫ ly ps integralis v̾ificat̄ de terio inferēte ꝛ alius: scꝫ ly totū integrale de termino illato ꝯn̄e dialectice ꝯfirmāde p illā maximā ex illis teris ꝯposita ¶ Sꝫ loc⁹ maxia a pte itegrali est regula siue ꝓpō ꝯfirmata cōsequētie dialectice ꝯposita ex illis duobus teris: scꝫ ly ps integralis ꝛ ly totū integrale: q̄rū vn⁹: scꝫ ly ps integralis v̾ificat̄ de terio īferente. ꝛ alius: scꝫ ly totū integrale de terio illato eiusdem ꝯn̄e confirmande per illam maximam.

Notādū est tertio ꝙ arguēdo per locū a toto integrali ponit̄ talis regula cō sequentiaꝝ. A noīe totius itegralis ꝑsonalit̄ sūpto: ad nomē partis integralis personalr̄ sumptū. sine qua parte totū nō pōt esse arguendo affirmatie r̄spcū ly est scd̾o ad iacētis ē bona ꝯn̄a ¶ Dr̄ notāt̄ ꝑsonalit̄ sumpto: qꝛ si teri supponant materialit̄ siue simplr̄ nō valeret ꝯn̄a. vt non seq̄t̄ domus est dictio dissillaba: ergo paries est dictio dissillaba. nec ecōtra. ¶ Dicit̄ notant̄ sine qua ꝛc. qꝛ si eēt termin⁹ illatus significans solū partē minus principalē: nō oporteret cōsequētiā valere. vt nō sequit̄ sortes ē ergo manus eius est. ¶ Dicitur etiā affirmatie. qꝛ si argueret̄ negatiue: nō oporteret ꝯn̄am valere vt nō sequitur domus nō est: ergo paries non est. ¶ Et dicitur respectu ly est secundo adiacētis. qꝛ respectu alioꝝ p̄dicatoꝝ nō valꝫ ꝯn̄a nisi illa sequat̄ ad tale p̄dicatū sicut ens siue exn̄s. qꝛ nō sequit̄ domus valet centū libras. ergo et paries.

Regula ꝯn̄arum.

¶ Sed arguendo a parte integrali ad suū totum ponit̄ talis regula A noīe partis sine qua totū nō potest esse personalit̄ sumptū: ad nomen totius personalit̄ sūpti arguendo negatiue respectu huius v̾bi est scd̾i adiacentis est bona ꝯn̄a: ꝛ nō ecōtra: vt paries nō est: ḡ dom⁹ non est. Alie particule ponuntur eodem mō sicut in regula p̄cedēti

Regula ꝯn̄arum.

¶ Aūt ad locū a toto integrali reducit̄ loc⁹ a toto copulato ad partē eius. qꝛ eodē modo se hꝫ totū copulatū ad eius partē: sicut totum integrale ad eius partē. ꝛ iō debemus arguere eodē mō et respectu eorūdē p̄dicatoꝝ: vt sortes ꝛ plato sūt: ḡ sor est. Maxia posito toto copulato ponit̄ ei⁹ ps ¶ Et silr̄ loc⁹ a parte copulati ad totū copulatū reducitur ad locum a parte integrali. Et eodeꝫ modo debemus ar

De loco a toto copulato.

De loco a pte copulati.

guere a pte copulati ad totũ copulatũ et respcũ eiusdẽ pdicati et ñ aliorũ sicut a pte itegrali ad suũ totũ

Intel. loci a toto i q̃tita. tã maxie q̃ dfe maxime.

Notãdũ est tertio q totũ i q̃titate ẽ teri⁹ cõis sũpt⁹ ɔfuse et distributiue. vñ loc⁹ dr̃a maxime a toto i q̃titate ẽ duo teri scȝ totũ i q̃titate et ps i q̃titate. quorum vnus scȝ ly totũ i q̃titate verificat̃ de terio iferẽte et alius scȝ ps i q̃titate de terio illato ɔñe ɔfirmãde p maximã ex illis teris ɔpositam ❡ Sed locus maxia a toto i q̃titate ẽ r̃la siue ꝓpõ ɔfirmatia ɔñe dialectice: ɔposita ex istis duob⁹ teris scȝ totũ i q̃titate et ps i q̃titate: quorum vnus scȝ totũ i q̃titate verificat̃ de terio iferẽte etc. ❡ Et fȝ istũ locũ possum⁹ arguere subijciẽdo siue affirmatiue siue negatiue: sicut i loco a toto vñ. et silr̃ pdicãdo: ita q oẽs ɔditiones q̃ reqrũt̃ ad hoc q arguat̃ affirmatiue siue subijciẽdo siue pdicãdo p locũ a toto vñ. etiã reqrit̃ ad hoc q arguat̃ p locũ a toto in q̃titate. Nec dñt dici ꝓpe loci dialectici. Vñ tales ɔñe nõ valẽt. sor̃ incipit eẽ omis hõ: et sor̃ ẽ. ergo sor̃ incipit eẽ sortes. cũ añs et ɔñs sint ꝓpões exponibiles. silr̃ nõ seqt̃: sor̃ nõ desinit eẽ ois hõ: et sor̃ ẽ. ergo sor̃ desinit eẽ sor̃. silr̃ nõ seqt̃ sor̃ icipit scire oẽȝ ꝓpõeȝ: et hec ꝓpõ hõ currit ẽ: ergo sor̃ incipit scire istã ꝓpõeȝ hõ currit: ꝓpter cãm iam dictam etiam ibi variat̃ appellatio.

Intel. loci a ptib⁹ i q̃ti. taȝ maxie q̃ dfe maxi

Notãdũ est q̃rto q iste textus sic intelligit̃ Locus dr̃a maxie a ptibus in q̃titate ẽ duo teri scȝ ly ptes in q̃titate sil̃ sumpte: et totũ in q̃titate quorum vnus verificat̃ de terio iferẽte: et alius de terio illato ɔñe dialectice cõfirmãde per maximã ex illis teris cõpositã. ❡ Sed locus maxia a ptibus in quãtitate est r̃la siue ꝓpõ cõfirmatia ɔñe dialectice: cõposita ex illis teris scȝ ptes i quãtitate sil̃ sũpte: et tota in quãtitate quorum vnus scȝ ly ptes i quãtitate sil̃ sũpte verificat̃ de terio inferẽte: et ali⁹ de terio illato: vt q̃cq̃d attribuit̃ p tib⁹ i q̃titate sil̃ accept' ẽt attribuit̃ toti i q̃titate. ❡ Et fm̃ istũ locũ possumus arguere tã affirmatiue q̃ negatiue: sed sũt obſuãde due cõditiões. q̃rum p̃ia est: q cetera maneant silia' et cũ hoc totũ i quãtitate nõ sumat̃ a termio supponente deſiate. Scda ɔditio est q si totum i q̃titate sumatur cum termino in añte supponẽte deteriate: tũc oȝ q addat̃ relatiuũ idẽtitatis. Defectu cuius non sequit̃. caput habet sortes et caput habet plato: et sic de alijs. ergo caput habet ois hõ cum añs sit verũ et ɔñs falsũ. Sȝ debem⁹ arguere caput hȝ sor̃: et idẽ caput hȝ plõ: et sic d alijs: ergo caput habet omnis homo

Cõditões loci.

Contra dicta arguit̃ pmo sic non sequitur. domus ẽ: ergo fenestra est. Et silr̃ non sequitur. domus valet centum libras: ergo et paries et tñ ibi arguit̃ a toto integrali ad suaȝ partem. ergo nõ valet argumentũ fm̃ istũ locũ. ❡ Scdo sic arguit̃: non sequit̃ oẽm hoiem esse currẽtẽ est scitum a te. ergo sortem esse currentẽ est scitum a te. et tñ ibi arguit̃ per locũ a toto in quãtitate: ergo talis locus nõ valet. ❡ Tertio sic arguit̃ nõ seqtur sortem esse in ista domo est possibile: et platoneȝ esse in ista domo est possibile: et sic de alijs: ergo omnem homiem esse in ista domo est possibile. et tñ arguit̃ a partibus totius in quantitate: ergo talis locus nõ valet.

Ad p̃mũ dicitur q solutio patet ex p̃dictis et cetera. ❡ Ad secundum dicitur negando minorem. q: antecedens est vna ꝓpositio indefinita cum termini eius accipiantur materialiter qui ponũtur a parte subiecti. ❡ Ad tertiũ dr̃ negãdo mio rẽ quia ille propositiones que ponuntur in antecedente sunt indefi

nite cum subiecta earum acciplan
tur materialiter. similiť ꝯ̃sequẽs
est vna ĩdefinita

Quid to. Totum in modo ẽ vniuersa
in modo. le sumptum sine determiati-
onc. vt hõ. ¶ Pars in modo
Quid ps ẽ vniuersale sũptũ cũ deter-
n modo. miatõe nõ diminuẽte. vt hõ
ẽ albus. Et eodẽ mõ sũiť ar-
gumẽtũ ĩ hoc loco: sicut ĩ lo-
Quid to. co a gñe ad spẽm. ¶ Totũ ĩ
in loco loco est dictio cõprehendẽs
omnem locum aduerbialiter
Quid ps vt vbiqꝫ: nusqꝫ. ¶ Pars in lo
in loco. co est dictio comprehendẽs
aliquem locum aduerbiali-
Quid lo. ter: vt ibi hic. ¶ Locus a
a toto ĩ lo toto in loco est habitudo ip
co sius ad suam partem. Et te-
net constructiue et destructi
ue. Constructiue sic. deus est
vbiqꝫ: ergo deus ẽ hic. Ma
xima. cuicunqꝫ competit to-
tũ in loco ⁊ quelibet eius ps
¶ Destructiue sic. ¶ Cesar ẽ
nusqꝫ: ergo non est hic. Ma
xima quicquid remouetur a
toto in loco: et a qualibet e-
ius parte.

Intel. lo. ¶ Circa hunc textũ notandũ est
a toto in primo: ꝙ hic ꝯ̃r autoꝛ determiat
mõ tã ma de loco a toto in mõ: qd aũt sit to-
xie ꝙ̃ dr̃e tũ in mõ ⁊ pars in modo: satis pa
maxime. tet in textu. Et locus dr̃a maxime
a toto in mõ: est duo termĩ scꝫ to-
tũ in modo: ⁊ pars ĩ mõ: quoꝝ vnꝰ
scꝫ totũ in mõ v̓ificať de terĩo ĩfe-
rente: et alius de terĩo illato ꝯ̃ñe
dialectice cõfirmande per maxiaꝫ
ex illis terĩs cõpositam. ¶ Sed lo
cus maxĩa a toto in mõ est regula

siue ꝓpõ cõfirmatiua ꝯ̃ñe dialecti
ce cõposita ex illis terĩs duobus:
scꝫ totũ in modo ⁊ pars in mõ: q̃ꝝ
vnus v̓ificať de termĩo inferẽte: ⁊ Intelr. lo
alius ⁊c. ¶ Item locus dr̃a maxi ci a pte ĩ
me a parte in mõ est duo terĩ: scilꝫ mõ tã ma
pars in mõ ⁊ totũ in mõ: quorum xie ꝙ̃ dr̃e
vnus ⁊c. ¶ Sed locus maxima a maxime
parte in mõ est regula siue ꝓposi-
tio cõfirmatiua ꝯ̃ñe dialectice ꝯpo-
sita ex istis duobus terĩs scꝫ pars
in mõ ⁊ totũ in mõ: quoꝝ vnus v̓i
ficať de terĩo inferẽte: et alius de Cõditões
terĩo illato ⁊c. ¶ Vñ ad hoc ꝙ ar- ad boni-
guať per istos locos bñ: tres ꝯditi tatem di
ones reqͥrunť ¶ Prima ẽ ꝙ vtra ctoꝝ lo.
qꝫ pars ipsius totius in mõ possit reqͥsite
v̓e p̄dicari de parte ĩ mõ vlr̃ acce- Prima
pta. Defectu cuius nõ seqͥť: imago
nõ ẽ hõ: ergo imago ñ ẽ hõ pictꝰ. silr̃ ñ
seqͥť Adã ẽ hõ: ergo adã ñ ẽ hõ mortu
us ¶ Scd̓a ꝯditio ẽ ꝙ nõ arguať Secũda.
cũ illis v̓bis ĩcipit. ⁊ desinit. Defe
ctu cuꝰ non seqͥť: soꝛ desinit eẽ hõ
albꝰ: ergo soꝛ desinit eẽ hõ. ¶ Tertia
ꝯditio ẽ ꝙ nõ arguať cũ v̓bis sigñ Tertia
tibꝰ actũ ĩtellectus vel volũtatis ⁊
actũ trãseuntẽ ĩ rẽ ad ex̃. Defectu
cuꝰ nõ seqͥť. ego nõ cogñsco hoiem
ergo nõ cogñsco hoiem albũ. silr̃ nõ se-
qͥť Nõ vellẽ esse ĩ luto: ergo nõ velleꝫ
eẽ in luto ꝓ decem francis. nec eꝯ̃
seqͥť. Silr̃ nõ seqͥť. Ignis nõ facit
aquã: ergo ignis nõ facit aquã calidã
silr̃ nec eꝯ̃ Ignis facit aquã calidã
ergo facit aquam: cum ibi arguatur
cuꝫ verbo sigñte actum transeun-
tem in rem ad extra

Notandũ est secũdo ꝙ̃ ꝓ
arguẽdo nega
tiue a toto in modo poniť talis re Rła cõse
gula ꝯ̃ñarũ. Omis ꝯ̃ña cuꝰ añs ẽ quẽtiarũ
ꝓpõ cathegorica negatiua ñ expo-
nibilis: ĩ q̃ poniť totũ in mõ distri
butũ: ⁊ ꝯ̃ñs ẽ ꝓpõ cathegorica ne
gatiua non exponibilis: ĩ q̃ poniť
ps ĩ mõ vlr̃ accepta eiusd̓ totꝰ dũ
mõ vtraqꝫ ps partis ĩ mõ v̓ificabi
lis ẽ de parte in mõ mediante hoc

verbo est. et non arguaẽ cũ verbis sigñtibus actũ interiorẽ aĩe: vtputa intellectus vel volũtatis. vl' actũ transeuntẽ in rẽ ad extra: ceteris sĩlibus manentibus tam vocaliter ꝙ mentaliter: est bona ꝯña. Particule istius regule eodẽ mõ exponunẽ sicut particule illius r'le que datur de parte subiectiua. ¶ Sed arguendo affirmatiue a toto ĩ mõ debemus eodẽ mõ arguere sicut a toto vlĩ. Et põt sic regl'a dari. Ois ꝯña cui9 añs est ꝓpõ cathegorica affirmatiua nõ expõibilis: in qua poniẽ totũ in modo distributũ: et cũ hoc sufficienẽ poniẽ ꝯstantia ꝑtis in mõ: ⁊ ꝯñs est ꝓpõ cathegorica affirmatiua nõ exponibil': ĩ qua poniẽ pars in mõ vl'r capta: cuius ꝑtis vtraqꝫ pars vere p̄dicaẽ de ipsa vl'r accepta mediante hoc verbo est. dũmõ non arguaẽ cũ teris sigĩficantibus actũ aĩe interiorẽ. vtputa intellectus vel volũtati. vel actũ transeũtem in rẽ ad extra: ceteris paribus remanẽtib9: est bõa ꝯña.

Alia r'la ꝯñaꝝ pro arg. affirmatiuo

¶ Sed pro arguendo a ꝑte in mõ affirmatiue poniẽ talis regula ꝯsequentialis. Ois ꝯña cui9 añs est ꝓpõ cathegorica affirmatiua nõ exponibilis: in qua poniẽ pars ĩ mõ vl'r sumpta: de qua parte in modo vtraqꝫ pars eius ṽe p̄dicatur mediante hoc verbo est: ⁊ ꝯñs est propõ cathegorica affirmatiua nõ exponibilis in q̃ poniẽ totũ in modo nõ distributũ: dũmõ nõ arguatur cum teris sigñtibus actũ aĩe interiorem intellect9 vel volũtatis. vel actũ transeũtẽ in rẽ ad ex̃: ceteris sĩlibus remanentib9 est bõa ꝯña.

Alia rl'a ꝯñaꝝ ꝑ argu. af. h9 loci

¶ Sed negatiue arguẽdo oꝫ põere constantiã partis in mõ: ⁊ ꝙ totũ in mõ nõ distribuaẽ: vt hõ alb9 non currit: ⁊ hõ albus est. ergo homo non currit.

R'la ꝑ argu. negatiuo.

Notãdũ est tertio ꝙ autor diuidit totũ in loco et partẽ in loco: vt satis pꝫ ĩ textu. ¶ Locus d'r a maxime a toto ĩ loco est duo teri. s. totũ in loco ⁊ ꝑs in loco: quoꝝ vnus. s. totũ ĩ loco ṽificatur de terio, inferẽte. ⁊c. ¶ Sꝫ locus maxima a toto in loco ẽ r'la siue ꝓpõ ꝯfirmatiua ꝯñe dialectice: composita ex istis duob9 terminis. ⁊c. Exemplũ de maxia ꝑ cõsequentijs a toto in loco. vt q̃cquid negatiue attribuiẽ toti in loco et cuilibet parti ei9: vt chimera nusꝙ est. ergo non est hic. Sed maxia pro ꝯñtijs affirmatiuis est hec. q̃cquid attribuiẽ toti in loco: etiã attribuitur affirmatiue cuilꝫ ei9 ꝑti

Intell'. toti9 in loco tã maxie ꝙ d'r a maxime

¶ Sed arguendo affirmatiue debem9 obseruare tres ꝯditiões.

Cõditiones h9 loci.

¶ Prima est: ꝙ totũ in loco distribuaẽ: defectu cui9 nõ seqtur: Sortes est alicubi: ergo est hic. añs eñ põt esse verũ: ꝯñte exñte falso.

Prima

¶ Scda cõditio est: ꝙ sufficienter ponaẽ ꝯstantia partis in loco: q̃a si nõ ponereẽ ꝯstantia: nõ oporteret ꝯñam valere. vt nõ seqtur Sor est vbiqꝫ: ergo sortes est rome: cum añs possit esse verũ ꝯñte exñte f'lso. q: roma posset destrui.

Secũda.

¶ Tertia ꝯditio est: ꝙ nõ arguaẽ cũ istis verbis incipit ⁊ desinit: vel eorũ similib9. q: non sequiẽ Sortes incipit esse vbiqꝫ. ergo sor incipit eẽ hic. Silr nõ seqtur Sortes desinit eẽ vbiqꝫ. ergo sortes desinit esse hic

Tertia

Notãdũ est quarto ꝙ arguendo negatiue ꝑ istũ locũ poniẽ talis regula ꝯñalis. Ois ꝯña cuius añs est ꝓpõ cathegorica negatiua nõ exponibilis: ĩ q̃ totũ in loco distribuiẽ: ⁊ ꝯñs est propõ cathegorica negatiua non exponibilis: in q̃ poniẽ pars in loco ceteris sĩlibus remanentib9 tã mentaliter ꝙ vocaliẽ est bona ꝯña

R'la ꝯñaꝝ ꝑ arg. negatio h9 loci.

¶ Sed ꝑ arguẽdo affirmatiue est talis regula. Ois ꝯña cui9 añs est ꝓpõ cathegorica affirmatiua non exponibilis: in q̃ totũ ĩ loco distribuiẽ: et sufficienẽ poniẽ ꝯstantia ꝑtis in loco: ⁊ ꝯñs est ꝓpõ cathegorica affirmatia nõ exponibilis: in

R'la arg. negatiui.

qua ponit pars in loco ceteris sili bus remanentibus. est bona ɔña. Vñ ꝑ istū locū debemus arguere ꝑ termīos de gñevbi:et ex quo isti termini nō sūt nati esse subiecta vl' ꝑdicata lꝫ bñ ponant a parte subiecti vel ꝑdicati. ideo nō ꝓprie arguit per istū locū subijciēdo vel ꝑdicando. nec dꝫ poni ille terminus ꝑdicat vl' subijcit i maxia ɔfirātia sed poni dꝫ illud ɔplexū attribuit affirmatiue: vel attribuit negatiue

Notabile

Contra dicta ꝑmo sic ar Non seqtur sortes nō ē hō. ergo sortes nō ē hō mortuus Silr nō sequit sortes nō est hō. ergo non est hō intellectus. Silr nō seqt sor nō ē hō: ergo nō ē hō intelligibilis. vel ergo hō nō est hō itelligibilis siue imaginabilis. Simili nō seqtur ethiops nō est albus ergo nō ē albus ꝑm dentes. ⁊tñ ibi ar per locū a toto in mō. ergo talis locus nō valet. ¶ Scdo sic ar. nō seqtur Ignis nō facit aquā. ergo non facit aquā calidā. similit nō seqtur. Iste pictor nō fac murū. ergo nō fac muꝝ albū. silr nō seqtur Ille nonfit hō ergo nō fit hō albꝰ. silr nō seqtur Iste nō facit pannū. ergo nō facit pannuꝫ tunicā. Nec eɔ valet. Ignis facit aquā calidā. ergo facit aquā. ⁊ tñ ar ꝑ locū a toto in mō: vel a parte i mō ergo tales loci nō valent ¶ Tertio sic arguit nō seqtur: sortes incipit eē vbiqꝫ. ergo incipit esse hic Silr sortes desinit esse vbiqꝫ. ergo desinit esse hic ⁊tñ hic ar per locū a toto in modo ergo talis locus non valet. ¶ Ad oia dr ꝙ solutio patet ex dictis.

Quid lo. a pte i lo.

¶ Locus a pte in loco ē habitudo ipius ad suū totū. Et ē ſꝑ destructiuus: vt cesar non ē hic. ergo nō ē vbiqꝫ. Maxima cuicūqꝫ nō cōpetit ps i loco. nec eius totū ¶ Totū i tpe ē dictio cōprehendēs oē

Quid to. i tpe

tps aduerbialiter: vt semper nūqꝫ. ¶ Locus a toto in tpe ē habitudo ipius ad suā partem. Et tenet constructiue et destructiue ¶ Pars aūt in tēpore ē dictio ɔprehendēs aliqd tēpꝰ aduerbialit: vt nūc heri. cras Et tꝫ destructiue tm Exēpla aūt sumant hic sicut in loco a toto in loco. ¶ Cā ē ad cuius esse sequit aliud ꝑꝫ naturā Et diuidit in cām materialē: formalē: efficientē: et finalē. ¶ Causa efficiēs est a q̄ ꝑmo fit motus. ad hoc ꝙ fiat aliqd. vt domificator est ꝑmū mouēs et operans: vt fiat domus. et faber vt fiat cultellus ¶ Locus a cā efficiēte ē hitudo ipius cāe efficientis ad suū effectū. Et est cōstructiuus et destructiuus. Constructiue sic: domificator ē bonus: ergo domꝰ ē bona. Locus a cā efficiēte. Maxia. si cā efficiens est bona: ipm qd fit est bonū ¶ Destructiue sic domificator non ē bonus. ergo domus nō est bona. locꝰ a cā efficiente. maxia Cuiꝰ cā efficiēs nō ē bona ipm qd fit nō ē bonū. Et ecōuerso tꝫ locus ab effectu ad cām efficiētem. vt domus ē bona. ergo sua cā efficiēs ē bona ꝛc.

Quid lo. a to. i tpe.

Quid ps in tpe

Diffio et dio cāe

Quid cā efficiens.

Quid lo. a cā efficiente.

¶ Circa hūc textū notādū ē ꝑmo ꝙ iste textus dꝫ sic intelligi. Locꝰ dīa maxie a pte in loco ē duo teri scꝫ ps in loco: ⁊ totū in loco: quorū

vnus sc3 ps in loco v̓ificat̃ de ter/ mino inferēte ꝛc. ¶ Sed loc⁹ maxīa a pte in loco ē rl̄a siue ꝓpō cōfirmatīa ꝯñe dialectice: ꝯposita ex istis duob⁹ teris sc3 ps ī loco ꝛ totū ī loco: q̄rū vn⁹.s. ps ī loco verificat̃ d̄ terīo īferēte ꝛc ¶ Et t3 iste loc⁹ affirmatiue: dūmō terī sigtiue ꝛ ꝑsonalit̃ accipiant̃: et nō arguat̃ cū istis verbis incipit ꝛ desinit. ꝛ du3 cetera maneāt silia tā vocalr̃ q̄ mētalit̃. Et ꝓ illo mō arguendi ē illa maxīa. cuicūq3 attribuit̃ affirātiē ps ī loco eidē attribuit̃ totū ī loco ¶ Sed negatiue arguēdo o3 ponere ꝯstantiā ptis in loco. ꝛ o3 cauere q̄ totū in loco nō distribuat̃ in ꝯñte ꝛ q̄ cetera sint silia. Et pro tali mō arguēdi ē talis maxīa. cuicūq3 attribuit̃ pars in loco negatiue: etiam ꝛ totū in loco

Notādū est secundo q̄ hic ꝯñr autor deꝑiat de loco a cā gr̄a cuius diffinit cām q̄ diffinitio d3 sic itelligi. Cā ē res ad cuius esse: siue sue itētionis eē seq̄t̃ aliud. Et de ista expōe nō est hic ad ꝓpositū. ꝛ tūc iste terīus cā positus in diffinitōe capit̃ p̄me itētionaliter. ¶ Sed d3 sic exponi logicalit̃. Cā ē terīnus supponēs ꝓ re q̄ est cā: rōne cuius teri ꝓpō ī q̄ ponit̃ infert aliā ꝓpōem in q̄ ponit̃ terminus supponēs ꝓ re q̄ est effectus. Et hoc mō capit̃ cā scd̄e intentionalit̃. et sic capit̃ in ꝓposito. silr̃ ille terminus effect⁹ d3 hic capi scd̄e intentionalit̃: vt sigt terminos ꝓ effectibus supponentes. ¶ Diuisio aūt cāe sic d3 intelligi. De nūero cārum. q̄dā ē cā efficiēs q̄dā finalis ꝛc. Ex ista diōne patet q̄ tm̄ q̄ttuor sunt cāe: hoc ē quattuor sūt teri cōes nō coicidentes ī significādo fm̄ suas rōnes formales oēs cās mūdi significātes: p quos iste terminus cā diuidit̃ diuisione logicali: vt sūt isti q̄ttuor teri sc3 cā efficiēs. cā forālis. causa materialis. et causa finalis.

Intel. duplex diffinitōis cāe

Intel. diōnis cause

Notādū ē tertio q̄ iste terī⁹ Causa efficiēs ꝛc. sic intelligit̃. Cā efficiēs ē terminus supponēs ꝓ re: a qua causatur p̄mus motus. vt ille terminus domificator. Silr̃ effectus cāe efficiētis ē terminus supponēs ꝓ re q̄ causatur ab alia. vt iste termin⁹ domus. Et sic patet q̄ cā efficiēs ꝛ effectus cāe efficiētis capiūt̃ scd̄e intentionalit̃. ¶ Locus dr̄a maxime a cā efficiente: ē duo terī sc3 cā efficiēs ꝛ ly effectus cāe efficientꝭ quorū vnus sc3 cā efficiēs verificatur de terīo inferēte ꝛc ¶ S3 loc⁹ maxīa a cā efficiēte ē regula siue ꝓpō ꝯfirmatiua ꝯñe dialectice: cōposita ex istis duobus terīs sc3 cā efficiēs ꝛ effect⁹ cāe efficiētꝭ. q̄ꝝ vn⁹. s. ly cā efficiēs verificat̃ de terīo īferēte ꝛc. ¶ S3 loc⁹ dr̄a max. ab effectu cāe effic. ē duo terī. s. effect⁹ cāe efficientis ꝛ cā efficiens. quoꝝ vn⁹ sc3 ly effectus cāe efficiētis verificat̃ de terīo inferēte ꝛc. ¶ Sed locus maxima ab effectu cāe cāe efficientis ē regula siue ꝓpō ꝯfirmatīa ꝯñe dialectice cōposita ex illis duob⁹ terīs sc3 ly effectus cāe efficientis ꝛ cā efficiens: quoꝝ vnus sc3 ly effectus cāe efficiētis verificatur de terīo inferēte ꝛc.

Notādū ē quarto q̄ in istꝭ locis debem⁹ arguere respectu isti⁹ verbi ē: ꝛ etiā respectu hoꝝ p̄dicatoꝝ. s. bonū ꝛ malū q̄nq3 cōditionibus obſuatis Quaꝝ p̄ma ē q̄ ly bonū ꝛ silr ly malū ī a͡ñte dn̄t dicē boitatē l' malitiā artis ip̄ius efficiētis: ꝛ ī ꝯñte dn̄t dicere bonitatatē vl' malitiā artificꝭ. Defectu cuius nō sequit̃: domificator est bonus. g̊ domus est vel pōt eē bona: sed d3 sic argui. domificator ē bonus domificator. g̊ domus est vel pōt esse bona domus. ¶ Scd̄a cōditio ē q̄ artifex opet̃ fm̄ artem suā meliori mō quo pōt ¶ Tertia ꝯditio est: q̄ nō sit defectus vel malicia se tenēs ex parte

Intel. diffinitionis cāe efficiētis ꝛ effectus eius.

De lo. ab effctū scāe efficiētis.

Cōditōes p̄dicatoꝝ locorum

Prima.

Secunda

Tertia

Quarta. materie vel īstrumēti. ¶ Quarta ɔditio ē: q cā efficiēs non hēat ali qd impedimētū itrinsecū. ¶ Quinta. Quinta cōditio ē: q si nomē cāe efficientis sit nomē potētiale. i. terminus supponēs ꝓ re q̄ de facto nō agit sed tñ ɔnotat eā posse agere tūc arguēdo ꝑ locū a cā efficiēte ɔñs dȝ hr̄e ꝓ copula hoc verbū pōt. Sed si sit nomē actuale .i. terīn⁹ supponēs ꝓ re q̄ agit ꝛ nō supponeret ꝓ ea nisi ageret: tūc ɔñs dȝ hr̄e ꝓ copula hoc v̄bū erit. Exēplū p̄mi: vt domificator ē bonus domificator: g̃ domus pōt esse bona domus. Exēplū scd̄i: vt domificans ē bon⁹ domificās: ergo domus erit bona domus. ꝛ sic ptȝ q arguēdo ꝑ locū a cā efficiēte ɔñs erit de copl̄a de futuro vel de possibili: puta de ly erit vel de ly pōt vt domificator ē: g̃ domus pōt esse. silr̄ domificās ē: g̃ domus erit. ¶ Sed arguēdo ab effectu cāe efficiētis añs dȝ eē ꝓpō de p̄ñti: ꝛ ɔñs de p̄tito. Exēplū: vt domus ē bona: g̃ domificator fuit bonus domificator. silr̄ dom⁹ ē: g̃ domificator fuit. silr̄ g̃ domificās fuit

Contra dicta ar̄ p̄mo sic. non seq̄r̄ sor̄ incipit esse hic: g̃ icipit eē alicubi. silr̄ nō seq̄r̄ sortes desinit eē hic: g̃ desinit esse alicubi. ꝛ tñ ar̄ a parte ī loco ad suū totū. ergo talis locus nō vȝ. ¶ Scd̄o sic ar̄: nō seq̄r̄ domificator ē bonus. g̃ dom⁹ est bona. cum añcedens possit esse verū ɔñte exñte falso. qz stat domificatorem eē bonū virū: ꝛ tñ q non sciat bñ facē domū. silr̄ stat domificatorē scire bñ facere domū: ꝛ tñ nō velle operari ſm artē suā. et tñ ar̄ ꝑ locū a cā efficiēte ad effectuȝ ergo locus ille nō vȝ. ¶ Tertio sic ar̄: nō seq̄r̄ domus ē bona. g̃ domificator eit bonus. ꝛ tñ ar̄ ab effectu cāe efficientis. g̃ locus ille nō valet

Ad primū dicit̄ q non ar̄ debite ſm locū a pte in loco. qz ar̄ cū istis v̄bis icipit ꝛ desinit: cum quibus non valet ɔña ſm talem locū ¶ Ad scd̄m dr̄ q nō bñ ar̄: qz bonū iañte dic̄ bonitatē moris et dȝ dicere bonitateȝ artꝭ. scd̄o qz ɔñs dȝ hr̄e hoc v̄bum pōt ꝓ copula. Etiā supponit̄ q cā efficiēs debeat opari meliori modo quo potest. ¶ Ad tertium dicitur q nō arguitur debite. quia cōsequens est vna ꝓpositio de presēti ꝛ debet esse vna de p̄terito.

Diffio et dio mãe

¶ Materia est ex quā cum aliquid fit. Et est duplex: quedam enim est permanens. et quedam est trāsiens. Permanens: vt in cultello ferrum. Transiēs: vt in pane farina et aqua. Etiam diffinitur sic Materia est que tantum est in potentia. ¶ Locus a causa materiali est habitudo ipsius ad suum effectum Et est cōstructiuus et destructiuus

Quid lo. a cā mãli

Constructiue sic: ferrum est: ergo arma ferrea possunt eē. locus a causa materiali. maxima posita causa materiali: possibile est eius effectuȝ poni. ¶ Destructiue sic. ferrum non est: ergo arma ferrea nō possūt esse. locus a causa materiali. Maxima. remota cā materiali ꝑmanēte remoēt̄ ꝛ eius effectus. ¶ Locus ab effectu cause materialis tenet constructiue sic: Arma ferrea sunt: ergo ferrum est Locus ab effectu cause mãlis ꝑmanētis Maxima posito effectu cause materialis perma-

Quid lo. ab effect. cāe mãl.

nẽtis ponitur eius cã. ¶ Locus ab effectu cãe materialis trãseũtis tʒ cõstructiue. vt vitrũ vel panis ẽ. ergo filixvel farina fuit. mã ei trãsiens nõ manet: sʒ trãsfert i aliã mãm Maxia. posito effectu mãe trãseũtis: necesse ẽ ipãʒ mãʒ p̃fuisse

Quid lo. a cã foɼal ¶ Forma est q̃ dat eẽ rei: et ɔ̃suat cã i cẽ. Locus a cã foɼãli est hitudo ipius cãe foɼãlis ad suuʒ effectum. Et tenet constructiue et destructiue. Constructiue sic. albedo ẽ: ergo albũ ẽ. locus a cã foɼãli maxia. posita cã foɼãli ponit̃ et eius effectus. ¶ Destructiue sic. albedo nõ ẽ. ergo album non est. Maxima remota cã foɼãli. remouetur eius effectus. Econtra vero ẽ de effectu cãe foɼãlis.

¶ Circa hũc textũ notãdũ ẽ p̃mo q̃ iste terminus materia nõ capit̃ i ꝓposito p̃me intentionalit̃: sed secũde intentionlit̃: ꝓ quolʒ terino significãte rem q̃ vocatur materia

De terĩs sig̃ntibus materiaʒ large capiẽdo materiã ¶ Sed termini significãtes materias sũt duplices. ¶ Quidã eñ sũt terĩ significãtes mãs trãseũtes. Uñ illa mat̃ia ð̓ trãsiẽs q̃ postq̃ res ex ea facta ẽ nõ retinet nomẽ nec diffinitionẽ quã p̃us hẽbat. vt iste termin⁹ farina supponit ꝓ re q̃ ð̓ materia transiẽs respectu panis: lʒ nõ sit ꝓ p̃e materia. q̓ postq̃ panis factus ẽ nichil ẽ in pane qð dicat̃ farina. vel cui ɔ̃ueniat rõe farine. ¶ Alij sũt terĩ supponẽtes ꝓ mat̃ia ꝑmanẽte. Uñ illud ð̓ mã ꝑmanens alicuius: qð postq̃ aliquid factũ ẽ ex eo retinet nomẽ et diffinitionẽ. vt ferrũ respectu cultelli. ¶ Uñ diffinitio materie sic dʒ intelligi. Mã ẽ terius supponẽs ꝓ aliq̃ re: exqua cũ alia dʒ fieri aliqd. Intel. lo. a cã ma

¶ Loc⁹ dr̃a tã mar. q̃ maxie a cã materiali ẽ duo terĩ scʒ cã materialis ⁊ effect⁹ cãe materialis: quoꝝ vn⁹ scʒ cã mãlis v̓ificat̃ de terio inferẽte ⁊c. dr̃a maxi.

¶ Sed locus maxia a cã materiali ẽ rĩa siue ꝓpõ ɔ̃firmatia ɔ̃ñe dialectice: ɔ̃posita ex istis duob⁹ terĩs scʒ cã materialis ⁊ effectus cãe materialis. q̃rũ vn⁹ scʒ ly cã materialis v̓ificat̃ de terio inferẽte ⁊c. ¶ Eẽplũ textus: vt posita cã materiali possibile est effectũ eẽ. i. si eẽ v̓e ⁊ affirmatiue p̃dicat̃ de terio supponẽte ꝓ materia: ⁊ posse eẽ v̓e ⁊ affirmatiue p̃dicat̃ de terio supponente ꝓ effectu ¶ Aliud exẽplũ textus ẽ. remota cã materiali ꝑmanente remouetur eius effectus. i. si esse v̓e negat̃ de terio supponẽte ꝓ materia permanẽte etiaʒ v̓e negabit̃ de terio supponẽte ꝓ effectu cãe ꝑmanẽtis ¶ Sed loc⁹ dr̃a maxie ab effectu cãe materialis ẽ isti duo terĩ scʒ effectus cãe materialis: ⁊ cã materialis. quoꝝ vnus scʒ ly effectus cãe mãlis v̓ificabit̃ de terio iferẽte ⁊c ¶ Sed loc⁹ maxia ab effectu cãe materialis ẽ rĩa siue ꝓpõ ɔ̃firmatia ɔ̃ñe dialectice: ɔ̃posita ex istis duobus termis: scʒ ly effectus cãe mãlis: ⁊ cã mãl̃ q̃rũ vnus scʒ ly effectus cãe materialis verificat̃ de t̃mio iferente ⁊c. Exẽplũ vt si hoc verbũ ẽ vere affirmet̃ de terio supponẽte ꝓ effectu cãe mat̃ialis etiã debet vere affirmari de terio supponente ꝓ materia permanente illius effectus. et hoc verum fuit de termino supponente pro materia transeunte illius effectus.

De lo. ab effectu ca mat̃ialis.

Notãdũ est secũdo q̃ arguendo a causa materiali negatiue ponũtur tales regule. ¶ Prima est A nomie cause materialis permanentis: ad nomen effectus materie ꝑmanentis

Rl̃e ɔ̃ñaꝝ argu. a cã mãli negatiue

spectu ly est scd̃o adiacentis nega tiue valet ɔ̃ña. vt bñ sequit᷑: ferrũ non est.ergo cultellus nõ ẽ. τ hoc capi endo ly ferrũ ꝓ oĩ eo ex quo potest fieri cultellus. ¶ Alia rł̃a est: a no mine cãe mãlis transeũtis ad no/ men effect⁹: dũmõ sit añs de ly fu it: et ɔ̃ñs de ly est negatiue v3 ɔ̃ña vt bñ sequitur: farina ñ fuit. ergo panis non ẽ supposito ꝙ nõ sit fa/ ctũ miraculum. ¶ Sed arguendo

Rł̃a ɔ̃ña. affirãtiue: affirãtiue daᷓ talis regula. A no/ mie cãe materialis tã ꝑmanentis ꝙ̃ tãseũtis ad nom̃ effectus cãe ma/ terialis: añte exñte de ly est scd̃o adiacẽte. τ ɔ̃ñte exñte de ly põt af firãtiue arguendo v3 ɔ̃ña. vt bñ se qᷓ ferrũ est: ergo cultellus põt eẽ. ¶ S3 arguẽdo ab effectu cãe ma

Rł̃a argu ẽdo ab ef. cãe mãlis: tertialis fit regula talis. A noĩe ef fectus cãe mãlis ꝑmanẽtis ad no men materie ꝑmanentis respectu ly ẽ scd̃o adiacẽtis affirãtie v3 ɔ̃ña vt bñ seqᷓ cultellus est. ergo ferrũ est. Sed a noĩe effectus cãe mate/ rialis trãseũtis añcedẽte exñte de ly est scd̃o adiacẽte τ ɔ̃ñte de ly fu it affirmatie valet ɔ̃ña. vt bñ seqᷓ panis est. ergo farina fuit.

Notãdũ est t̃rio ꝙ iste ter/ minus forma nõ

Intel. lo a cã forã. tã mar. ꝙ̃ dr̃a maxi.: capiᷓ ĩ ꝓposito ꝑme intentõaliter sed scd̃e itentionaliᷓ. Et d3 diffinitio ei⁹ sic ĩtelligi. Forã est terĩn⁹ sup/ ponẽs ꝓ re: q̃ dat esse rei formaliᷓ ¶ Locus dr̃a maxĩe a cã formali est isti duo terĩ. sc3 cã forãlis τ effe ctus cãe formalis. quorũ vnus sc3 ly cã formalis v̾ificaᷓ de terĩo ĩfe rente τc. ¶ Sed locus maxĩa a cã forãli ẽ rł̃a siue ꝓpõ ɔfirãtiua ɔ̃ñe dialectice: ɔposita ex istis duobus terĩs sc3 cã formalis et effect⁹ cãe formalis quoꝝ vn⁹ sc3 cã formalis v̾ificaᷓ de termĩo ĩferẽte τc.

Intel. lo ab effectu cãe forma lis tã ma/ xĩe ꝙ̃ dr̃a maxime: ¶ Sed loc⁹ dr̃a maxĩe ab effectu cãe formalis ẽ duo terĩ sc3 effect⁹ cãe formalis τ cã formalis: quorũ vnus sc3 effectus cãe formalis v̾i ficaᷓ de terĩo inferẽte τc. ¶ Loc⁹ v̾o maxĩa ab effectu cãe formalis ẽ regula siue ꝓpõ ɔfirmatiaɔ̃ñe di alectice: ɔposita ex istis duoꝝ ter minis: sc3 effect⁹ cãe formalis τ cã forãlis quorũ vn⁹ sc3 effectus cãe forãlis: v̾ificaᷓ de terĩo ĩferẽte τc. Exeplũ tertius de loco maxĩa a cã formali qñ arguiᷓ affĩrãtie: vt po/ sita cã formali poniᷓ effect⁹ cãe for malis. Et d3 sic intelligi. si hoc ver bũ ẽ scd̃o adiacẽs v̾e affirmeᷓ de terĩo supponẽte ꝓ cã formali: etiã verificabiᷓ de terĩo supponente ꝓ effectu cãe formalis. Exeplũ tert⁹ de loco maxĩa qñ arguiᷓ negatiue vt remota cã formali remõcᷓ eius effectus. qd̃ sic ĩtelligiᷓ. si hoc ver/ bũ ẽ scd̃o adiacẽs v̾e negeᷓ de terĩ no supponẽte ꝓ cã forãli: etiã vere negabiᷓ de termino supponẽte ꝓ effectu cãe formalis.

Notãdũ est q̃rto ꝙ arguen do ꝑ locũ a cã for mali solũ debemus arguere respe ctu istius verbi ẽ secũdo adiacẽtis quõ aũt arguiᷓ negatĩe satis p3 in tertu ¶ Sed ad arguẽdũ affirma tiue a cã formali tres ɔditões req runᷓ. ¶ Pr̃ia ẽ ꝙ nomẽ cãe forãĩ sit abstractũ: τ nomẽ effectus ɔcre tũ ei⁹. Defectu cuius nõ seqᷓ Al/ bedo ẽ: ergo paries ẽ: sed d3 sic argui Albedo ẽ: ergo albũ ẽ. ¶ Secũda, cõ ditio ẽ: ꝙ ĩ añte ponaᷓ illa ꝑticula τ circa illã cãm nõ ẽ factũ miracu lũ. Defectu cuius nõ seqᷓ. albedo ẽ: ergo albũ ẽ. cũ possibile e añs eẽ ve rũ τ ɔ̃ñs fłm̃. vt p3 de albedie ĩ sa cramẽto altaris. ¶ Tertia ẽ: ꝙ ẽt addaᷓ illa particula sufficiens ad denominationẽ sui subiecti. Defe ctu cuius nõ seqᷓ. Caliditas ẽ: er go calidũ ẽ. τ sic patet ꝙ debemus arguere affirmatĩe. albedo ẽ: τ cir ca cã nõ ẽ factũ miraculũ. τ etiam ẽ sufficiẽs ad denoĩationẽ sui sub/ iecti. ergo albũ ẽ ¶ Sed arguẽdo ab effectu cãe formalis affirmatĩe requiriᷓ prima conditio. Et arguẽ do negatĩe ab effectu cause forma

Cõditõẽs ad arguẽ dũ af. a cã formali.

Prima.

Secũda.

Tertia

lis: oportet obseruare tres conditiões prius positas. et ideo debemus sic arguere. Albũ nõ est. ergo albedo nõ est. circa quã non est factũ miraculũ. et que etiã est sufficiens denoiare subiectum. Maxima si hoc verbũ est vere negetur de effectu cause formalis. etiã et de illa causa

Cõtra dicta arguitur primo sic non sequitur albedo est: ergo albũ est. cũ possibile est añs esse verũ et cõns falsũ. vt patet de albedine in sacro altaris. et tñ ibi arguitur a cã formali. ergo talis locus nõ valet. ¶ Secundo sic arguitur. nõ sequitur Caliditas est: ergo calidũ est. et tñ arguitur a cã formali. ergo talis locus nõ valet. ¶ Tertio sic arguitur. nõ sequitur. Paries est: ergo albedo est. et tamen ibi arguitur ab effectũ cãe formalis. ergo talis locus non valet.

Ad primũ dicitur q ibi deficit secunda cõditio vt supra. ¶ Ad secundum dicitur q deficit secunda cõditio. ¶ Ad tertiuz dicitur q ibi deficit prima cõditio.

¶ Finis est gratia cuius aliqd fit. ¶ locus a ca finali est habitudo ipsius ad suũ effectuz Et est cõstructiuus et destructiuus. constructiue sic. beatitudo est bõa: ergo virtus est bona. locus a cã finali. maxima. cuius finis bonus est ipz quoqz bonũ est ¶ destructiue sic. pena nõ est bona: ergo peccatum non est bonuz Locus a causa finali Maxima. cuius causa mala est ipz quoqz malum est. Ecõuerso aũt est de loco ab effectu cause finalis. [quid locus a cã finali]

¶ Gñatio est progressio a non esse ad esse. ¶ locus a gñatione est hitudo ipsius gñationis ad suum gñalũ Et est cõstructiuus et destructiuus. cõstructiue sic. generatio domus est bona. ergo domus est bona. locus a generatione. maxima. cuius generatio est bona: ipm quoqz bonũ est ¶ destructiue sic. Generatio latronum est mala: ergo latro est malus. locus a gñatione. maxima. cuius generatio est mala: ipm quoqz generatuz malum est. Ecõuerso aũt est de loco a generato. [quid locus a gñatiõe]

¶ Circa hunc textũ notandũ est primo q iste terminus finis in propositione non debz capi prime intentionaliter sed secunde intentionaliter. Et debz diffinitio sic intelligi. Finis est terminus supponens pro re: gratia cuius siue sue intentionis aliquid fit. ¶ Locus dicta maxime a cã finali: est duo termini. s. causa finalis et effectus cãe finalis quorũ vnus. s. cã finalis verificatur de termino inferente. etc. ¶ Sed locus maxima a cã finali est regula siue propositio cõfirmatiua cõne dialectice etc. Exemplũ textus. vt Cuius cã finalis est bona: ipm est bonuz. quod debz sic intelligi. si bonũ vere affirmetur de termino supponente pro cã finali: etiam affirmabitur de termino supponente pro effectu cause finalis. ¶ Item locus dicta maxime ab effectu cãe finalis est isti duo termini. s. effectus cause finalis: et cã finalis: quorum vnus verificatur etc. ¶ Sed locus maxima ab effectu cãe finalis est regula siue propositio cõfirmatia cõne dialectice. etc [Intel. lo. a cã finali tã max. q dicta max.] [De lo. ab effectũ cãe finalis.]

Notãdũ est secundo q pro argumento a cã finali ponitur talis regula. A nomine sui effectus affirmatiue respectu istorum terminorũ bonũ et malũ ante et cõsequente existentibus mediante copula de presenti: dũ mõ cã finalis nõ pot [Re cõnax loci a cã finali affirmatiue]

esse sine suo effectu est bona ꝯña. vt bñ sequit̄: felicitas est bona. ergo virtus est bona. ¶ Dicit̄ notāt̄ dummō cā finalis ꝛc. q: si cā finalis posset esse sine suo effectu tūc non seq̄ret̄. vt nō sequit̄: Creator ē bonus. ergo creatura est bona. ¶ Alia regula est. a nomine cāe finalis ad nomen sui effectus negatiue: q̄bus repugnat simul esse: respectu hoꝝ̄ p̄dicatoꝝ̄ bonū et malū valet ꝯña añte exñte de p̄nti et ꝯñte de preterito: dūmō talis finis non possit cōuenientius acq̄ri q̄ ꝑ tale medium ¶ Sed arguēdo ab effectu cāe finalis dat̄ regula A noīe effectus cāe finalis ad nomen effectus cause affirmatiue: dūmō effectus non potest esse sine cā: respectu hoꝝ̄ p̄dicatoꝝ̄ scꝫ bonū et malū: añte et ꝯñte exñtibus de p̄senti vꝫ ꝯña. vt bñ sequit̄ Creatura ē bona. ḡ creator est bonus. ¶ Alia regula est A noīe effectus cāe finalis ad nomē cāe finalis: q̄bus repugnat sil' esse dummō i añte ponat̄ illa ꝑticula scꝫ q ꝑ tale mediū acq̄rit̄ tal' finis: si arguat̄ respectu huius p̄dicati bonū: sed si arguat̄ respctū h⁹ p̄dicati malū addat̄ illa particula ⁊ hic finis nō pōt acq̄ri ꝑ aliud mediū ꝯuenient̄: añte exñte de p̄senti et ꝯñte de futuro vꝫ ꝯña. ¶ Dr̄ notant̄ dummō i añte ꝛc. q: si non adderet̄ illa ꝑticula non sequeret̄ vt nō seq̄t̄ Medicina laxatiua ē bona: ḡ sanitas est bona. sed dꝫ sic argui. Medicina laxatīa est bona ⁊ ꝑ eam acq̄rit̄ sanitas. ḡ sanitas erit bona. Dr̄ notant̄ et hic ꝯ. nō ꝛc. q: si nō adderet̄ illa ꝑticula nō valeret ꝯña: vt nō seq̄t̄ fornicatio ē mala. ḡ sanitas ē vel erit mala: sed dꝫ sic argui. fornicatio ꝑ quā acq̄rit̄ sanitas est mala. et nō pōt ꝑ aliud mediū ꝯuenientius acquiri: ergo sanitas erit mala.

Notādū ē t'tō q' iste t'⁹ gñatio i ꝓposito ñ capit̄ p̄me intentionalit': sed secūde intentionalit̄ ꝓ t'io significante mutationē: propter quā de prima s'ba esse incipit verificari de q̄ p'i⁹ non verificabat̄. ¶ Locus dr̄a maxime a gñatione ē isti duo t'ri/ scꝫ generatio et gñatū: quoꝝ vnus scꝫ ly gñatio verificat̄ de t'io inferēte. ꝛc. ¶ Sed locus dr̄a maxime a gñato: est duo t'ri. s. gñatū et gñatio: quoꝝ̄ vn⁹. s. ly gñatū v'ificat̄ de t'io inferente. ꝛc. ¶ Sed locus maxima a gñato est regula siue ꝓpositio cōfirmatia ꝯñe dialectice. ꝛc Exēpla ḋ locis max'is patēt i textu

Notādū ē q̄rto q' i istꝫ locis arguim⁹ respectu istoꝝ̄ p̄dicatoꝝ̄ bonū et malū. Et ē p̄ma r'la talis. A noīe gñatiōis rei nature successiue. ad nom̄ añte et ꝯñte exñtib⁹ de p̄senti respectu hoꝝ̄ p̄dicatoꝝ bonū et malū arguendo: tam affirmatiue q̄ negatiue vꝫ ꝯña. vt bene seq̄t̄ ꝓlatio vocis est bona: ḡ vox ē bona. ¶ Sed a noīe gñatōis rei nature ꝑmanentis ad nomen gñati añte exñte de p̄nti et ꝯñte exñte ḋ futuro: respectu hoꝝ p̄dicatoꝝ̄ bonū ⁊ malū affirmatiue arguēdo ē bona ꝯña: vt gñatio domus ē bona. ergo dom⁹ erit bona et non sequitur: ergo domus ē bona. cū antecedens possit esse verū ꝯsequente existente falso. ¶ Sed negatiue arguendo. A noīe generatōis rei nature ꝑmanētis ad nomen gñati respectu horum p̄dicatorum bonū et malū añte existēte de ly est vel fuit. et ꝯsequēte de presenti est bona cōsequentia vt bene sequit̄. Istius domus nō est vel fuit bona generatio: ergo ista dom⁹ nō est bona. et nō sequitur Istius domus nō ē generatō bona. ḡ ista domus nō ē bona. cū añs possit eē verū ꝯñte exñte falso ¶ Sꝫ a noīe gñati ad nom̄ gñatiōis rei nature successiue: añte et ꝯñte exñtibus ḋ p̄senti respectu horum p̄dicatorꝫ bonū ⁊ malū tā affirmatiue q̄ negatiue vꝫ cōsequentia. vt vox ē bona

o istꝫ

Ala eiusdē arguēdo negatiue

R'le loci ab effectu cāe finalis arg. affir.

Intel. lo. a gñatiōe tā max. q̄ dr̄a max.

R'le arguēdi loci a gñatione

R'la arguēdi loci a gñato.

ergo gñatio vocis ē bona. silr vox nō ē bona. ergo ꝑatio vocis nō ē bōa ¶ Silr. a noīe gñati rei nature ꝑmanētis ad nomen gñatiōis tā af firmatiue ꝙ negatiue respectu ho rū p̄dicatoꝝ bonū ⁊ malū: gñte existente de p̄nti: et gñte ð isto disiū cto ē vel fuit: est bona ꝯña: vt bñ se qtur domus ē bona: ergo gñatio eius est vel fuit bona. silr dom⁹ nō ē bo na. ergo gñatio ei⁹ nō ē vel fuit bona.

Contra dicta p̄mo sic ar. Nō seqtur. Creator ē bonus: ergo cre atura ē bona. ⁊ tñ ibi ar a cā finali ergo talis locus nō vz. ¶ Secūdo sic arguit. nō sequit virtus ē bona: ergo felicitas est bōa. ⁊ tñ ar ab effectu cāe finalis. ergo talis locus nō vz. ¶ Tertio sic ar: nō seqt gñatō do mus ē bona: ergo domus ē bona. ⁊ tñ ibi ar per locū a gñatione. ergo ta lis locus nō valet.

Ad p̄mū dicit ꝙ ibi nō arguit debite qz ꝯñs dz esse de copula disiuncta ¶ Ad sm dicit ꝙ ñ arguit debite cū ꝯñs dēat eē ꝓpō de fut o. ¶ Ad tertiū dicit similit sicut ad scdm.

¶ Corruptio est ꝓgressio ab esse ad nō esse. ¶ Loc⁹ a cor ruptione est habitudo corru ptionis ad corruptū. Et ē cō structiuus et destructiuus. (quid loc⁹ a corruptione.)

Constructiue sic. corruptio an tichristi est bona: ergo anti christus est malus. Locus a corruptione. Maxima. Cui⁹ corruptio est bona: ip̄m cor ruptū malū est. ¶ Destructi ue sic. corruptio dom⁹ ē ma la: ergo domus est bona. ma xima. Cuius corruptio mala est: ip̄m quoqz bonum ē. Et econuerso est de loco a corru pto. ¶ Usus vt hic sumitur: est operatio rei: siue exerciti um ipsi⁹. vt equitare est ope ratio equi. et secare securis.

¶ Locus ab vsibus est habi tudo ipsius oꝑationis ad id cuius est operatio siue vsus. Et est constructiuus ⁊ destru ctiuus. Constructiue sic. eqta re est bonū. ergo equus ē bo nus. Locus ab vsibus. Ma xima. Cuius vsus bonus est ip̄m quoqz bonū est. ¶ De structiue sic. occidere hominē malū est: ergo occisor est ma lus. Maxima. Cuius vsus ē malus: ip̄m quoqz vsitatum malū est. Econtra ē de loco abvsitato. (quid loc⁹ ab vsibus)

¶ Cōiter acciden tia sunt duplicia: qdā eni sūt q aliqñ se cōsequuntur: et ali quando non. vt cōptus ⁊ adul ter. et ab his nō sumitur loc⁹ dialectic⁹: sed sophisticus ¶ Alia sunt: quoꝝ vnū semꝑ sequitur ad aliō: vt penitere seqtur ad dliqsse: ⁊ ab his su mit loc⁹ dialectic⁹. et tz con structiue et destructiue. ¶ Cō structiue sic: Iste penitet: er go deliqt. Loc⁹ a cōiter acci dentib⁹. maxia. Si cōiter ac cidentiū posterius inest: ⁊ pri mū infuit. ¶ Destructiue sic. Iste nō deliquit: ergo nō pe nitet. maxima. Si cōiter acci dentiū pri⁹ non inest ⁊ poste ri⁹ nō inerit (Duplicia cōit accñtia) (quid loc⁹ a cōit acci dētibus)

Equitur de locis extrinsecis. Quid aũt sit loc⁹ extrinsecus dictũ est prius.

Dio loco rũ extrinsecorum. ¶ Locorũ aũt extrinsecorũ: alius est ab oppositis: alius a maiori: ali⁹ a minori: ali⁹ a simili: ali⁹ a ꝓportiõe: ali⁹ a trãsſũptione: ali⁹ ab autoritate: ¶ Itez oppositorũ quattuor sunt spẽs.s.relatio. cõtrarietas.priuatio: ꝛ contradictio. Relatiue opposita: sunt quorũ alterũ sine altero ñ potest esse.

quid loc⁹ a relatis. ¶ Locus a relatiuis est habitudo vni⁹ relatiuorũ ad aliud. Et est constructiuus ꝛ destructiu⁹. Cõstructiue sic. pater est: ergo fili⁹ est. et fili⁹ ẽ: g pr ẽ. Loc⁹ a rtis Maxia. posito vno relatiuorũ: necessario ponit et reliquũ. ¶ Destructiue sic. Pater nõ est: ergo filius nõ est. et econuerso maxima. remoto vno relatiorũ: remouetur et reliquum.

Intel. lo. a corrupt tã max. q̃ dfa max. ¶ Circa hũc textũ notãdũ ẽ pmo q iste termin⁹ corruptio nõ capit hic prime intentionalit: sed secunde intentionaliter ꝓ termino signi ficante rẽ corruptã: vel rẽ corrũpẽtem. Et debet sic itelligi diffinitio Corruptio est termin⁹ signs mutationẽ propter quã esse negatur de aliqua re: de q̃ prius affirmabat. ¶ Locus dfa maxime a corruptõne est duo termi.s.corruptio et corruptũ: quorũ vn⁹.s.ly corruptio verificat de terio inferẽte.rc. ¶ Sz locus maxia a corruptione ẽ regula siue ꝓpõ confirmatia oñe dialectice.rc ¶ Itẽ loc⁹ dfa maxie a corrupto ẽ isti duo teri scz ly corruptuz

De loco a corrupto. et ly corruptio: quorũ vnus scz ly corruptũ verificat de terio inferẽte rc. ¶ Sed loc⁹ maxia a corrupto ẽ regula siue ꝓpõ ꝯfirmatiua oñe dialectice ꝛ c. ¶ Uñ ꝓ arguẽdo p locũ a corruptõe ẽ talis regula. A noie corruptõis ad nom corrupti tã affirãtie q̃ negatiue: añte existẽte de pñti de isto pdicato bonũ ꝛ oña de pterito: ꝛ d isto pdicato malũ: ꝛ si añs ẽ de isto pdicato malum: oñs erit de isto pdicato bonũ scz oña vt bñ seqt destructio domus ẽ mala: g domus fuit bona. sili bñ seqt Destructio domus ẽ bona: g dom⁹ fuit mala. ¶ Sed ꝓ arguẽdo p locũ a corrupto dat regula. A noie corrupti ad nomẽ corruptõis añte exñte de pñti: et oñte de futuro vz oña: et si in añte ponat bonũ ꝓ pdicato in oñte debet poni malum ꝓ pdicato: et ecõtra. Exemplũ. vt dom⁹ ẽ bõa: g corruptio erit mala

Rla locia corruptõe

Rla loci a corrupto.

Notãdũ est secundo q iste terminus vsus in ꝓposito nõ capit pme intẽtionalr sed secunde intentionalit: vt sigãt termĩos significãtes vsus siue operationes rei. Et secundũ hoc patz quõ intelligit diffitio vsus. ¶ Locus dfa maxie ab vsibus ẽ duo termini scz vsus et vsitatũ. quorũ vn⁹ scz ly vsus pdicat de terio inferente ꝛ c. ¶ Sed locus maxia ab vsibus est regula siue ꝓpositio cõfirmatiua oñe dialectice rc. ¶ Item locus dfa maxime ab vsitato ẽ isti duo teri: scz vsitatũ et vsus: quorũ vnus scz vsitatũ verificatur de termino inferẽte rc ¶ Sed locus maxima ab vsitato est regula siue propõ confirmatia oñe dialectice rc. Et in istis locis debem⁹ arguere respectu horũ pdicatorũ bonũ ꝛ malũ et respectu h⁹ vbi est scdo adiacẽtis. maxime satis patẽt in textu ¶ Uñ iste locus magis ꝓprie debet denoiari ab vsu q̃ ab vsibus: sed qꝛ vni⁹ ꝛ eiusdẽ rei pñt eẽ plres vsus: et etiam aliquãdo arguim⁹ a pluribus vsibus eiusdem rei: iõ

Intel. lo. ab vsib⁹ tã ma. q̃ dfa maxime.

De lo. ab vsitato

vocatur locus ab vsibus

Intel.lo. a cōit acci dentibus tā max. q̄ dr̄a max.

Notandū ē ᶦtio q̄ hic ɔñr autor deteriat de loco a cōiter accidētibus q̄ magis ꝓprie deberet denoīari a cōit accñte:et distinguit autor cōit accidentia. vt satis clare pȝ ī tex. ⁊ ꝯ vltimo ē hic ad ꝓpositū. Sed tña accidentia sunt duplicia: qꝛ q̄daȝ cōsequunt seinuicē ꝓ eodē tpe adequate:vt ista duo ɔplexa eclipsis lune: et interpositio diametralis terre inf solē et lunā. Alia sūt quorū vnū nō cōsedt alterū ꝓ eodem tpe adequate.sed ꝓ tpe sequēti. vt penitere sedt ad peccare ¶ Vñ locus dr̄a maxie a cōit accñtibus ē duo terī scȝ cōiter accñs et cōit accidens quorū vnus v̄ificat de termino inferēte. ¶ Sed locus a cōiter accñtib⁹ ē regula siue ꝓpō cōfirmatiua ɔñe dialectice ⁊c ¶ Vñ ꝓ arguēdo per istū locū ponit tal regula. A cōiter accñtibus q̄ se sequūt adeq̄te et ꝓ eodē tpe:siue ab vno ad aliud. et ecōtra affirmatie et negatiue valet ɔña:ɔñte ⁊ añte exñtibus de p̄ñti:vt luna eclipsat ergo t̄ra ponit inf solē et lunā. silr luna nō eclipsat. ḡ terra nō ponit inf solē et lunā. ¶ Alia est regula ab vno cōiter accñtiū scȝ posterius ad alterū scȝ p̄us:añte exñte de p̄sent: ⁊ ɔñte de p̄terito ē bona ɔña vt bñ seqtur Iste penitet:ergo peccauit. ¶ Vñ penitere ī ꝓposito nō capit vt idē ē q̄d displicentiā hr̄e vel ꝑ modū displicentie se hr̄e:sed capit vt idē ē q̄d de peccato prius cōmisso ad emēdatōem vite displicentiam se habere.

Reglo arguēdi huius loci

Notādū ē quarto q̄ h ɔñr autor diuidit loc extrinsecū:q̄ dio debet sic intelligi De nūero locorū dr̄arū maxie extrinsecorū:q̄dā ē locus dr̄a maxie ab oppositis: et q̄dā est locus dr̄a maxie a maiori ⁊c. Silr locus maxia extrinsecus diuidit ꝑ locū maximā extrinsecū ab oppositis ⁊ ꝑ locū maximā a maiori ⁊c. ¶ Hic autor diuidit oppositōem: ⁊ fm istaȝ diuisionē diuidit loc⁹ dr̄a maxie ab oppositis. ⁊ loc⁹ maxia ab oppositis Et debet diuisio oppōis eodē mō intelligi sic dcm̄ ē in postpredicamētis Quō aūt sp̄es oppōis debeant describi pȝ ī postp̄dicamētis. Contradictio ē duo teri ɔ̄dictorie oppositi q̄ sic se hñt q̄ de quolibet subo supponēte ꝓ aliq̄ sꝑ vn⁹ eorꝫ v̄e p̄dicat vt ēs et nō ens:vt hō et nō hō.

Intel.dionis loci extrinseci.

Oppositorꝫ q̄ttuor sūt species.

Contra dicta p̄mo sic ar̄ Non sedt Corruptio xp̄i fuit bona hūano gn̄i ḡ xp̄s fuit malus. ⁊ tñ ar̄ ꝑ locū a corruptōe. ḡ talis locus nō vȝ ¶ Scđo sic ar̄:non sedt. corruptio domus ē mala. ḡ domus ē bona. et tñ ibi ar̄ ꝑ locū a corruptōe: ḡ talis loc⁹ nō vȝ. ¶ Tertio sic ar̄ nō sedtur xp̄us penituit: ergo peccauit: ⁊ tñ ibi ar̄ ꝑ locū a cōit accñtibus.ḡ talis locus nō valet.

Ad p̄mū dr̄ q̄ ibi nō arguit debite: sȝ oȝ addere añti illā p̄ticulā ⁊ corruptio xp̄i fuit xp̄o iuste illata:et tūc añs erit flm̄ sicut ɔñs. ¶ Ad scđȝ dicit:q̄ nō ar̄ debite:qꝛ ɔñs dȝ eē ꝓpō de p̄terito. ¶ Ad tertiū dr̄ q̄ si capiat peītere p̄mo mō:tūc ɔña nō vȝ.sed si capiat penitere scđo mō tūc bñ vȝ ɔña. et sic ɔñs ē flm̄ ita et antecedens

¶ Locus vero a relatiue oppositis tenet solum destructiue sic: sortes ē pater platonis ergo nō est filius eius. Maxima posito vno relatiue oppositorꝫ ī aliquo subiecto ab eodē remouet ⁊ reliquū. Cōtrarietas est cōtrariorꝫ oppō vt albi et nigri. ¶ Cōtrariorꝫ q̄dā sunt mediata: vt albū et nigrū inter q̄ sūt media colo-

Quid locus a relatiue oppositio.

res. q̄d ā d̄o imediata vt sanū et egrū circa aīal. ¶ Locus a contrarijs est hitudo vnius contrarioꝝ ad reliquū. Et tenet cōstructiue ꝛ destructiue Constructiue sic. hoc aīal est sanū: ergo non ē egrū. locus a contrarijs. Maxima. posito vno contrarioꝝ remouet̄ et reliquū. ¶ Destructiue tenet tm̄ in contrarijs imediatis cum constātia subiecti. vt hoc aīal non ē sanū: ergo est egrū. locus a contrarijs imemediatis. Maxima. remoto vno contrarioꝝ imediate oppositoꝝ: ponit̄ reliquū: subiecto manente. ¶ Que aūt sūt priuatiue opposita dictū est prius. Locus a p̄uatiue oppositis ē hitudo p̄uatōis ad habitū vel hitus ad p̄uatōez Et tꝫ constructiue: vt iste ē videns: ergo non ē cecus. vel est cecus: ergo non ē videns. locus a p̄uatīe oppositis Maxima. posito vno p̄uatiue oppositoꝝ circa aliqd subiectū ab eodē remouet̄ reliquum. ¶ Destructīe nō tꝫ: nisi cū cōstantia subiecti: et cū tp̄e determiato a natura. Catul⁹ ei nō d̄r cecus neqꝫ vidēs ante nonū die: et puer nō d̄r edentulus ante tp̄s determiatū a natura

Quid loc⁹ a p̄uatiue oppositis

¶ Circa hūc textū notādū ē p̄mo ꝙ iste textus dꝫ sic intelligi. Loc⁹ d̄r a maxie ab oppositis ē duo teri scꝫ relatiue oppositū ꝛ rle oppositū quoꝝ vn⁹ v̄ificat̄ de terio iferēte ꝛc. ¶ Sꝫ loc⁹ maxīa a rle oppositis ē regīa siue ꝓpō ꝯfirātia ꝯñe dialectice ꝛc. Exēplū posito vno relatioꝝ ponit̄ ꝛ reliquū hoc ē si isto v̄bū ē vere p̄dicet̄ de vno relatioꝝ etiā vere affirmabit̄ de suo opposito relatīe. Et ista maxīa solū itelligit̄ de relatiuis nō eq̄parātibus: et etiā nō āpliātis. Vñ maxīa p. h. magis deseruit ꝑ arguēdo a relatis ꝙ a relatiue oppositis. Vñ pro arguēdo a relatis ponit̄ talis rl̄a. Ab vno relatioꝝ ad aliud respectu h⁹ v̄bi ē b̄o adiacētis: dū⁹ nullꝫ coꝝ ē teri⁹ āpliati⁹ vꝫ ꝯña tā affirātiue ꝙ negatīe: vt pr̄ ē. ḡ filius ē ꝛ eꝯ. Silr̄ seqt̄ pr̄ nō ē: ḡ fili⁹ nō ē: ꝛ eꝯ. ¶ Alia rl̄a talis ē: a ꝓpōe in q̄ vnū rl̄oꝝ p̄dicat̄ de aliq̄ subo trāscēdēte ad aliā i q̄ ponit̄ suū correlatim qđ p̄dicat̄ de eodē terio trāscēdēte: tā affirātīe ꝙ negatiue vꝫ ꝯña: vt aliqd ē pr̄: ḡ aliqd ē fili⁹. et ecōtra. silr̄ aliqd nō ē pr̄: ḡ aliquid non est filius: et econtra.

Intel. lo. a relatiue oppositis tā mar. ꝙ d̄r a mar.

Rle ist ꝰ loci.

Alia rl̄a.

Notādū ē scd̄o ꝙ ꝑ loco a rl̄atīe oppositis ponit̄ talis regula Si vnū relatīe oppositoꝝ v̄e p̄dicat̄ de aliq̄ singulari singularit̄ ꝛ vniuoce tēto: alterū dꝫ v̄e negari de eodē r̄spectu eiusdē i eodē gn̄e cāe ꝛ b̄ꝫ eādē cāꝫ ꝛ rōnē: cū hoc addito i q̄lꝫ pte tp̄is p̄ntis. vt bn̄ seqt̄: sor̄ ē pr̄ platonis. ḡ nō ē filius eiusdē. silr̄ bn̄ seqt̄ sor̄ ē silis platoni. ḡ i q̄lꝫ pte p̄ntis tp̄is nō ē dissilis platoni b̄ꝫ eādē rōnē. Maxima. Si alicui singulari ꝯuenit vnū relatīe oppositoꝝ: ab eod̄ remouet̄ reliquū respectu eiusdē ¶ Tūc ibi cōtrarietas ē. ꝛc. Nota ꝙ hic nō ē s̄mo de ꝯrietate ꝓpōnū siue reꝝ: sed d̄ ꝯrietate t̄ioꝝ. Que aūt ꝯditōes req̄rūt̄ ad hoc ꝙ aliq̄ t̄i sint ꝯrij: visū ē i postp̄dicamētis vn̄ t̄ioꝝ ꝯrioꝝ q̄dā sūt teri ꝯrij imediati ꝛ sc̄illi q̄ꝝ vn⁹ s̄p v̄ificat̄ d̄ s̄bo susceptibili: vt isti teri sanū ꝛ egrū

De loco a ꝯrijs.

respectu istius terĩ animal. alij sūt teri cōtrarij mediati et sūt illi qui ābo pñt negari de subō susceptibili posita ꝯstātia eiusdē: vt album ꝛ nigrū. ¶ Locus dr̄a maxie a ꝯrijs ē isti duo tī scʒ ꝯriū ꝛ ꝯriū q̄ꝝ vnꝰ ꝯificaꝛ de terio inferēte ꝛc. Sʒ locꝰ maxia a ꝯrijs ē rl̄a sine ꝓpō. ꝛc.

Rl̄a ꝓ argu. negatiuo.

Notādū est tertio ꝙ ꝓ arguēdo ꝑ locū a cōtrarijs daꝛ talis regl̄a. Ab affirīatione vnius cōtrarioꝝ de aliq̄ subō ad negatōem alterius de eodē sbō vʒ ꝯña cū hoc addito ad añs ꝛ ꝯñs ĩ q̄lʒ parte tp̄is pñtis: si copl̄a sit pñtis tp̄is: sed si sit p̄teriti tp̄is dʒ addi tp̄is p̄teriti et ita de futuro. ¶ Dr̄ notanꝛ cū hoc addito ꝛc. qꝛ si nō poneret illa ꝑticula nō opoꝛteret ꝯñam valere. vt nō seqꝛ: soꝛ ē albus: ḡ nō est niger. qꝛ si vtamur tēpe pñti ꝓ vna hora: ita ꝙ ꝓ pria medietate illius hore sit albꝰ: ꝛ ꝓ secūda niger. tūc añs ē verū ꝛ ꝯñs fl̄m. ¶ Alia regula ē: a negatione vniꝰ cōtrarioꝝ imediatoꝝ ab aliq̄ subiecto posita ꝯstātia subiecti susceptibilis ad affirmationē alterius de eodem est bona ꝯña: vt aial nō ē sanū. ꝛ aial ē qḋ pōt esse sanū vel egrum: ergo animal ē egrum. ¶ Dr̄ notanꝛ imediatoꝝ: qꝛ ĩ ꝯrijs mediatis nō valet ꝯña: vt nō seqꝛ sortes nō ē albꝰ: ꝛ soꝛ ē q̄ pōt eē albꝰ vel niger. ḡ soꝛ ē niger cū possibile sit añs esse veꝝ ꝯñte exñte fl̄o

Alia reg. ꝓ arg. negatiuo

Notādum est quarto ꝙ hic supponitur ex postp̄dicamentis q̄ sūt ꝑuatiue opposita. Et dʒ textus sic itelligi. Locus dr̄a maxie a ꝑuatiue oppositis ē isti duo teri scʒ ꝑuatiue oppositū ꝛ ꝑuatiue oppositū quoꝝ vnꝰ ꝯificaꝛ ꝛc. ¶ Sed locꝰ maxia a ꝑuatiue oppositis ē regula. siue propositio ꝯfirmatiua ꝯñe dialectice ꝛc. ¶ Añ ꝓ arguendo per istū locum ponꝛ talis regula. Ab affirmatione vnius oppositorum de aliquo subiecto: ad negatōem alterius de codē cum hoc addito in qualibet pte tp̄is pñtis vʒ ꝯña. vt soꝛ ꝓ qualibet parte tp̄is ē videns. ḡ sortes ꝓ qualibet pte tp̄is nō ē cecus. sil̄r sortes ꝓ qualibet parte p̄teriti fuit albus. ḡ sortes ꝓ q̄libet parte tp̄is p̄teriti nō fuit niger. Añ si arguamus ꝑ istū locū ꝛ ꝑ locū a cōtrarijs affirmatie ex ꝓpōibus modalibus: debemus cauere ne modus negeꝛ in ꝯña. vt nō seqꝛtur sortes possibiliꝛ ē vidēs. ḡ soꝛ non ē possibiliꝛ cecus. sed debemꝰ sic arguere. ergo soꝛ possibiliꝛ nō ē cecus. ¶ Alia regula talis ē. A negatōe habitus de aliquo subiecto siue vnius ꝑuatiue oppositoꝝ ad affirmationē alterius supposita cōstātia subiecti apti nati: ꝛ tp̄e determīato a natura: vʒ ꝯña. vt bñ seqꝛ sortes nō ē vidēs: ꝛ sortes aptus natus est videre: ꝛ hʒ tp̄s determinatū a natura. ergo sortes ē cecus. ¶ Añ ista secūda regula valʒ pro arguendo in singulari nūero ꝛ nō ĩ plurali. vt nō sequiꝛ. Isti duo homines nō sunt videntes: et sunt apti nati videre: ꝛ habent tempus determinatum. ergo sūt ceci. quia posito casu ꝙ vnus eorum sit vidēs tunc antecedens esset verum ꝛ cōsequens falsum.

Intel. loci a ꝑuatiue opposi tis tā maxie q̄ dr̄a maxime

Rl̄a ꝓ argu. affirmatiuo.

Rl̄a ꝓ argumento negatiuo

Contra dicta p̄mo sic arguiꝛ. Non sequiꝛ: simile ē: ergo dissimile est. ꝛ tñ arguiꝛ a relatiue oppositis. ḡ ꝛc. sil̄r nō seqꝛtur. ꝑus ē. ergo posterius est. ergo talis locus nō valet. ¶ Secundo sic arguiꝛ. nō seqꝛtur: soꝛ. fuit albꝰ. ergo soꝛ n̄ fuit niger similiꝛ sortes erit albus: ḡ soꝛ non erit niger ꝛ tñ arguiꝛ ꝑ locū a contrarijs. ergo talis locus nō valet. ¶ Tertio sic arguiꝛ. demonstrato vno vidēte ꝛ alio ceco nō sequitur. Isti nō sunt videntes: et sunt apti nati videre. ꝛ hn̄t tempus determiatū ergo sunt ceci. cum añs sit verū et ꝯñs falsū: ꝛ tñ ibi arguiꝛ per locum a ꝑuatiue oppositis: ḡ talis locꝰ nō vʒ.

Ad primū dicitur ꝙ textus sic itelligit de relatiuis non equiparantie: et similiter de illis quorū nullus est terminus ampliatiuus. ¶ Ad sm dr ꝙ non arguitur debite. qꝛ si additur illa particula ad antecedēs et ꝯñs in qualibet parte temporis ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ locus a priuatiue oppositis nō valet in plurali numero. sed solum in singulari.

Quid lo. a ꝯdicto. oppositis

¶ Contradictio est oppositō cuius sm se non est dare medium. ¶ Locus a cōtradictorie op positis est habitudo vnius cōtradictorie oppositorum ad reliquū: vt sortē sedere est verum. ergo sortem nō sedere est falsum. ¶ Locus a cōtradictorie oppositis. maxima. si vnū contradictoriorum est verum: reliquū erit falsum ¶ Sunt aūt alia opposita q̄ dicuntur disparata: q̄ nō sūt opposita sm aliquod genus predicte oppositionis. sꝫ sūt diuersa. vt homo et asinus.

Quid lo. a disparatis

¶ Locus a disparatis est habitudo vnius disparatorum ad reliquū. Et tenet affirmatiue sic. Sortes est homo: ergo non est asinus. ¶ Locꝰ a disparatis Maxima. de quocunqꝫ dicitur vnum disparatorū abstractiue: ab illo codē remouetur et reliquū. ¶ Dicitur notanter abstractiue: qꝛ si concretiue sumerentur: tūc nō sequeretur: qꝛ non sequitur hoc est albū: ergo non est q̄ntum: sed bene sequitur. hoc ē albedo: ergo nō est q̄ntitas.

¶ Maius vt hic sumitur est quod supraponitur alicui in potentia et virtute. Minus ē quod ei supponitur. ¶ Locꝰ a maiori est habitudo ipsius maioris ad minus: et est semper destructiuus. vt rex non potest expugnare castrū: ergo nec miles. ¶ Locus a maiori. Maxima. si id quod magis videtur inesse non inest: nec id quod minus videtur iesse inerit. ¶ Locus a minori est habitudo minoris ad maius et est semper constructiuus: vt miles pōt expugnare castrum: ergo et rex. ¶ Locus a minori. Maxima. si id qđ minus videtur inesse inest: et id quod magis videtur iesse inerit.

Quid lo. a maiori.

Quid lo. a minori.

¶ Circa hunc textū notandū ē pͥmo ꝙ iste textus debet sic intelligi Locus differētia maxie a cōtradictorie oppositis est duo termini. s. contradictorie oppositū: ꝛ ꝯdictorie oppositū: quorū vnꝰ verificat̄ de termino inferente. ꝛc. Sed locus maxima a contradictorie opposit[is] est regula siue propositio cōfirmatiua ꝯsequentie dialectice. ꝛc.

Intel. lo. a ꝯdictorie oppositis tā max. ꝙ dra max.

¶ Sꝫ pro arguendo per locū a cōtradictorie opposit[is] complexis ponitur talis regula. Ab vno contradictoriorum complexorū ad reliquū negatione preposita: valet ꝯsequētia. vt bene sequit̄. Sortes currit: ergo nō sortes non currit. sed ex q̄ tales ꝯñe non sunt formales non debent cōputari inter ꝯsequētias dialecticas. ¶ Alia regula est. A propositione in q̄ ponit̄ vnū dictū

Re argu endi i ꝯdi ctoriis cō plexis.

supponēs ꝓ vna parte contradicti onis respectu illius predicati veꝝ vel falsum: ad ꝓpōnem in qua po/ nitur aliud dictū supponēs ꝓ alte ra parte ꝯdictōnis respectu p̄dica ti oppositi predicato añtis: suppo= sita constantia dicti ꝯñtis vꝫ ꝯña. vt bene sequitur: sorte currere ē ve rū. ergo sortē nō currere est falsuꝫ ¶ Sed ꝓ arguendo a ꝯdictorijs incōplexis ponit̄ talis r̄ła. A nega tione vni⁹ ꝯdictorioꝝ incōplexoꝝ de aliquo s̄bo ad affirmationē al= terius posita cōstantia subiecti est bona ꝯña. vt bñ sequit̄. Sortes nō est nō hō: ⁊ sortes est: ꝗ sortes ē hō ¶ Alia regula est ab affirmatiōe vni⁹ ꝯdictorioꝝ incōplexoꝝ de ali quo subiecto singulari singularit̄ tento: ad negationē alteri⁹ cū hoc addito in qualꝫ parte t̄pis p̄ntis si ꝓpōnes sint de p̄nti. vel t̄pis p̄teri ti si sint de p̄terito vꝫ ꝯña. vt bñ se/ quitur. Sortes in q̄libet p̄te tēpis p̄ntis est nō alb⁹. ꝗ sor̄ in qualibet parte t̄pis p̄ntis nō ē albus. Simi lit̄ sor̄ in qualibet parte t̄pis p̄teri ti fuit nō albus. ꝗ sor̄ in qualꝫ p̄te t̄pis p̄teriti nō fuit alb⁹ Et de istis duobus modis arguendo magis videbit̄ in sc̄do periarmenias.

Ɍl'e argu endi in ꝯ= dictorijs.

Notādū est secundo ꝙ lo/ cus d̄r̄a maxime a disparatis est duo teri. s. dipatū et disparatum: quoꝝ vnus verificat̄ de terio inferēte. ⁊c Sed loc⁹ maxia a disparatis est regula siue ꝓpō ꝯfirā tiua ꝯñe dialectice. ¶ Vñ ꝓ argu endo p istū locū pōit̄ talis r̄ła Ab affirmatione vni⁹ sp̄ēi sp̄ālissime q̄ ē abstractū non connotatiuū de ali= quo subiecto singulari: ad negatio nē alteri⁹ sp̄ēi sp̄ālissime q̄ est etiā abstractū nō ꝯnotatiuū de eodeꝫ s̄bo singulari: est bōa ꝯña: vt bñ se quit̄: sor̄ est hō. ꝗ sortes nō est asi/ nus. ¶ D̄r̄ notant̄ q̄ est abstractū ⁊c. q̄ꝛ si talis sp̄ēs non eēt abstra= ctū nō connotatiuū: nō oporteret ꝯñam valere. vt nō seq̄tur: lac non est albū: ꝗ nō est dulce. Silr̄ nō se= quit̄: sor̄ est paternitas: ꝗ nō est fili atio. ¶ Alia regula est. Ab affirā tione vnius gñis de aliq̄ s̄bo singu lari: ad negationē alteri⁹ generis nō subalternati positi: q̄d vl'r nega tur de p̄mo genē de eodē subiecto vꝫ ꝯña. vt bñ seq̄tur. Sor̄ est aial. ꝗ nō est color. ¶ D̄r̄ notant̄ q̄d vl'r negat̄ ⁊c. q̄ꝛ si nō negaret̄ de alio genere vl'r accepto: sed solū parti/ culārit̄ accepto nō oporteret ꝯñaꝫ valere. vt nō seq̄tur: lapis est subā ergo lapis nō est q̄ntitas. q̄ꝛ illō ge nus q̄ntitas nō negatur de isto ter mīo s̄bā vl'r accepto: cū ista nō sit ve ra. nulla substantia est quantitas.

Intel. lo. a disparatis tā mar. q̄ d̄r̄e max.

Ɍl'a argu endi a di= sparati af firmatiue

Alia r̄ła.

Notādū ē tertio ꝙ isti duo teri mai⁹ ⁊ minus capiūtur dupl'r. Vno mō p̄rime in tentioualit̄. s. maius ꝓ fortiori vel potentiori. ⁊ minus ꝓ re debiliori vel minus potenti. ⁊ hoc mō nō ca pitur in ꝓposito. ¶ Alio mō capi= unt̄ sc̄dē intentionalr̄. s. maius ꝓ terio q̄ magis app̄et cōuenire cuꝫ alio terio. ⁊ minus ꝓ terio q̄ min⁹ videt̄ cōuenire cū alio terio. Exē/ plū. vt hoc cōplexum debellare ca strū d̄r̄ maius. ⁊ illud cōplexū de/ bellare villā d̄r̄ minus respectu hu ius terī miles: ⁊ respectu hui⁹ terī rex. ¶ Locus d̄r̄a maxime a maio ri est duo teri. s. maius ⁊ min⁹: quo rū vnus. s. maius verificat̄ de terio inferente. ¶ Sed loc⁹ maxia a ma iori est regula siue ꝓpō confirmati ua ꝯñe dialectice ⁊c. Exemplū p̄ꝫ in textu q̄d sic intelligit̄. Si aliq̄d p̄dicatū magis videat̄ cōuenire a= licui subiecto ⁊ nō ꝯuenit ei: nec eti am illud p̄dicatū quod minus vide tur cōuenire alicui subiecto ꝯuenit ei. Et tꝫ ille locus destructiue. vt rex non pōt debellare castrū: ꝗ nō potest debellare ꝓuinciā. ¶ Loc⁹ d̄r̄a maxime a minori est duo terī scꝫ mai⁹ ⁊ min⁹: quoꝝ vn⁹. s. ly mi nus verificatur de termīo inferēte ⁊c ¶ Sed locus maxia est r̄ła siue

Intel. lo. a maiori: tā max. q̄ d̄r̄e maxi.

De loco a minori

ꝑpõ confirmatiua ⁊c. Exẽplũ pȝ ĩ textu qð ſic ĩtelligit Si p̄dicatum qð minus vr̄ ꝯuenire ꝯueniat ali cui ſb̄o: etiã illð qð magis vr̄ ꝯuẽire ſibi ꝯuenit. Et tȝ loc⁹ a maiori cõſtructiue: vt rex põt debellare ꝓuĩciã: ergo põt debellare caſtrum

Multiplex mod⁹ arg iuxta locos p̄dcõs

Notandũ ē quarto q̄ triplicit̄ poſſum⁹ arguẽ ẜ iſtos duos locos ¶ Uno mõ cõparãdo vnũ p̄dicatũ ad duo ſubiecta: quoꝝ vni magis vr̄ ꝯuẽire: ⁊ alt̄i min⁹ ſic arguẽdo ꝑ locuȝ a maiori. Rex nõ põt debellare caſtrũ. ergo nec miles. Maxia ſi aliqð p̄dicatũ nõ cõueniat illi cui magis vr̄ ꝯuenire: nec etiã illi cui minus vr̄ cõueĩre Silr̄ arguẽdo ꝑ locũ a miori. miles põt debellare caſtrũ: ergo ⁊ rex. Maxia ſi aliqð p̄dicatũ cõueniat illi cui minus videt̄ cõuenire. etiã ꝯueni illi cui magis videt̄ ꝯuẽire

Primus

Secũdus

¶ Scðo mõ ꝯparãdo duo p̄dicata ad vnũ ſubiectum quoꝝ vnũ p̄dicatũ magis videt̄ cõuenire: et aliud minus ſic arguendo ꝑ locũ a maiori. Rex nõ põt debellare caſtrũ. g̃ nec villã Maxia ſi p̄dicatũ qð magis vr̄ ꝯuẽire alicui ſb̄o nõ cõuenit ei: nec etiã illud qð minus videt̄ cõueĩre ꝯuẽit ei. Silr̄ arguẽdo ꝑ locũ a miori Rex põt debellare villã ſiue ꝓuĩciã: ergo põt debellare caſtrũ. Maxima ſi illud qð minus videtur cõuenire alicui ſubiecto cõueniat: ⁊ etiaȝ illud qð magis videtur ꝯuenire conueniet.

Tertius.

¶ Tertio mõ ꝯparãdo duo p̄dicata ad duo ſubiecta. ſic arguendo ꝑ locũ a maiori. Rex nõ põt debellare caſtrũ. ergo miles nõ põt debellare ꝓuinciã. Maxia. ſi p̄dicatũ qð magis vr̄ cõuenire alicui ſubiecto nõ cõueniat ei: nec illð qð minus vr̄ ꝯuenire cõueniet ei. ſilr̄ arguẽdo ꝑ locũ a miori: miles põt debellare ꝓuĩciã: g̃ rex põt debellare caſtrũ. Maxia ſi illð qð min⁹ vr̄ ꝯuẽire alicui ſub̄o cõuẽiat ei: ⁊ illð qð magis vr̄ ꝯuẽire alt̄i ſubiecto: ꝯueniet ei.

Cõtradicta arguit̄ ſic primo. nõ ſeqt̄ ſortes nõ eſt alb⁹: ergo ſortes eſt nõ albus. ſilr̄ nõ ſeqt̄: ſor fuit ñ albus: ergo ſortes nõ fuit albus. ⁊ tñ ibi at̄ per locũ a contradictorie oppoſitis. ergo talis locus nõ valȝ ¶ Secũdo ſic at̄. nõ ſeqt̄. lac eſt albũ: ergo lac nõ ē dulce. ſilr̄ nõ ſeqt̄ Iſte aſinus ē aſinus: ergo iſte aſinus nõ ē corpus: ⁊ tñ ibi at̄ ꝑ locũ a diſpatis. ergo talis locus nõ vȝ. ¶ Tertio ſic arguit̄. nõ ſeqt̄. Rex nõ põt portare centũ libras. g̃ nec tres. ſilr̄ non ſeqt̄. rex põt portare tres libras: igit̄ ⁊ cẽtũ. ⁊ tñ in vno exẽplo arguit̄ a maiori ad mīs ⁊ ĩ alio a miori ad mai⁹: g̃ talis locus non valet.

Ad primũ dicit̄ q̄ ibi non arguit̄ debite q: in p̄mo exẽplo nõ ponit̄ ꝯſtãtia ſubiecti ⁊ in alio exẽplo nõ addit̄ illa ꝑticula ĩ qualȝ ꝑte tp̄is p̄ſiti. ¶ Ad ſcðm dr̄ q̄ ibi nõ arguit̄ ꝑ locũ a diſpatis. q: illa diſpata nõ ſũt abſtracta nõ cõnotatĩa. ¶ Ad tertiũ dr̄ q̄ ibi at̄ a maiori ad min⁹ ⁊ ecõtra p̄me intentionalit̄ capiendo maius ⁊ minus: non tamẽ ſecũde ĩtentionalit̄ capiendo

¶ Similitudo eſt rerum differentium eadem qualitas

¶ Locus a ſimili eſt habitudo vnius ſimiliũ ad reliquũ et tenet cõſtructiue et deſtructiue. Conſtructiue ſic. ſicut riſibile ineſt homini: ita hinnibile ineſt equo. ſed riſibile ineſt homini vt proprium: ergo hinnibile ineſt equo vt ꝓprium. Locus a ſimili. Maxia de ſimilib⁹ idez ē iudiciũ

quid loc⁹ a ſimili

Destructiue sic. Sicut risibi
le inest hoi: ita hinnibile ĩest
equo.sed risibile nõ inest ho
mini vt genus.ergo nec hin
nibile inest equo vt genus.
¶locus a simili. Maxima.
de similibus idẽ est iudiciuꝫ
¶Proportio est rerũ differẽ
tium eadem habitudo. locꝰ
a proportione est habitudo
vnius proportionabiliuꝫ ad
reliquum. Et tenet affirmati
ue et negatiue Affirmatiue,sic
vt sicut se habet rector nauis
ad nauem: ita se habꝫ rector
scholarũ ad scholas.sed ĩ na
ui regenda eligendus est re-
ctor non sorte sed arte. ergo
in scholis regendis eligẽdus
est rector non sorte:sed arte.
Quid lo. a ꝓportione.
¶locus a ꝓportione. maxi-
ma.de ꝓportionabilibus idẽ
est iudiciũ. ¶Negatiue sic.
Sicut se habent duo ad tria
ita quattuor ad sex. Sꝫ duo
non sunt dupla ad tria: ergo
nec quattuor sunt dupla ad
sex.maxima.de proportiona
bilibus idem est iudiciuꝫ.
Notabile
Differt aũt iste locus a loco
a simili.qꝛ in loco a siĩi sumi
tur comparatio ẜm siĩitudi-
nem inherẽtie: vt sicut risibi
le inest homini:ita hinnibile
inest equo. In loco aũt a pro
portione non attenditur siĩi
tudo inherentie: sed compa-
ratio habitudinis. vt sicut se

habet rector nauis ad nauẽ:
ita se habet rector scholaruꝫ
ad scholas. ¶Transsumptõ
est duplex. ¶Quedã eni est — Duplex ẽ trãssumptio.
quando dictio vel oratio vnũ
significans: transsumitur ad
significandũ aliud propter si
militudinẽ aliquã in eis reꝑ-
tã.vt hec dictio ridere trans
sumitur ad significãdum flo
rere:cũ dicitur pratum ridet
Siĩr oro transsumitur cũ di
citur:littus aratur.i.opera ꝑ
ditur:sicut solet dici:cũ quis
inuanũ laborat.et hec trãssũ
ptio pertinet ad sophisticuꝫ
¶Alia est qñ nomen magis
notum sumitur pro nomine
minus noto.vt si debeat pro
bari ꝙ philosophus non in
uidet:et fiat transsumptio ad
hoc nomen sapiens. Et ista
trãssumptio pertinet ad dia-
lecticum. ¶locus a transsum — Quid' lo. a trãssumptione.
ptione est hitudo trãssumpti
onis ad trãssumptũ: vt sapi-
ens nõ inuidet:ergo philoso
phus nõ inuidet.maxima. qc
quid conuenit alicui sub no-
mine magis noto:eidem con
uenit sub nomine minus no-
to. ¶ differt aũt iste locus a — Notabile
loco a nominis interpretatio
ne:qꝛ in loco a nois interpre
tatione accipit diffinitio/ si-
ue expositio nois:vt si expo-
natur hoc nomẽ philosophꝰ
per hoc qd est amator sapiẽ-

tie. In hac aut transsumptione non accipitur expositio siue descriptio nominis: sed pro vno nomine minus noto: accipitur aliud nomẽ magis notum: per quod faciliter pot probari propositũ. Autoritas vt hic sumitur: est iudiciũ sapiẽtis in sua sciẽtia. vnde iste locus solet denoiari a rei iudicio. Locus ab autoritate est habitudo auctoritatis ad illd per eã pbatur. Et tenet constructiue solũ. vt astronom⁹ dicit celũ esse volubile: ergo celum est volubile. Maxima Unicuiq; experto in sua sciẽtia credendum est

Quid lo. ab auctē.

¶ Circa hũc textũ notandum est primo q in proposito non capitur similitudo prime intentionalit vt diffiniebatur circa tertiam pprietatem qualitatis: sed capitur secũde intentionaliter pro simili cõuenientia alicuius termini cũ alio. & sic simile est predicatum vel subiectum similiter cõueniens alicui: sicut illud conuenit alteri. ¶ Et intelligitur textus sic Locus differẽtia maxime a simili est duo termini: sc3 ly simile & ly simile. quorum vnus verificatur de termino inferente: & alius de termio illato cõñe cõfirmãde per maximã ex illis terminis compositã. ¶ Sed loc⁹ maxima a simili est regula siue propositio confirmatiua cõñe dialectice. composita ex istis termis: sc3 ly simile & ly sile. quorũ vnus verificat de termino inferente: & ali⁹ de termino illato eiusdem cõsequentie. Unde pro arguendo per istũ locũ debemus semper i minori subsumere illud in quo est silitudo. ¶ Et

Intel. lo. a sili tam maxie q̃ dfa max.

possumus tribus modis arguere per istũ locũ. primo comparando vnum predicatũ ad duo subiecta sic arguendo. Sicut sorti inest risibile homini: ita & platoni. sed sorti inest ly risibile vt propriũ. g platoni inest risibile vt proprium.

Modi arguendi p hunc locũ

¶ Secũdo mõ comparando duo predicata ad vnum subiectũ sic arguendo. Sicut risibile pdicatur d ly hõ: ita susceptiuum discipline p dicatur de ly homo: s3 risibile predicatur de ly homo vt proprium. g discipline susceptiuũ pdicatur de ly homo vt propriũ ¶ Tertio modo cõparando duo pdicata ad duo subiecta sic arguendo. Sicut risibile predicatur de ly hõ: ita hinnibile predicatur de ly equus: sed risibile predicatur de ly hõ vt ppriũ ergo hinnibile predicatur de ly equus vt propriũ. Maxima. de similibus idẽ est iudiciũ. Et sicut arguimus tribus modis affirmatiue: ita possumus tribus modis arguere negatiue.

Secũdus

Tertius

Notandũ est secũdo q locus differẽtia maxime a proportione: est duo termini. s. ly pportio & ly pportio: quorũ vnus verificatur de termino inferente: et alius de termio illato cõsequentie confirmãde per maxiã ex illis teris cõpositam. ¶ S3 locus maxia a proportione est regula siue ppõ confirmatiua conseqñtie dialectice. composita ex ill' terminis. s. ly pportio & ly proportio quorũ vnus verificatur de termino inferente. et alius de termino illato eiusdem consequentie. Unde in proposito nõ capitur pportio pro certa habitudine vnius quantitatis ad aliã: sed capitur pro similitudine vnius proportionis ad aliam proportionẽ. Exempla patent in textu. ¶ Quemodo differt loc⁹ a pportione a loco a simili: patet i textu. Sed alia potest poni differẽtia: quia locus a simili se habet vt

Intel. lo. a pportione tã max q̃ dfe maxime.

superius ad locum a proportione q2 omnis locus a pportione;est lo/cus a simili.sed nō econtra.

Notādū est tertio q vt dicitur i textu trāssūptio capitur dupl'r. et solum de se/cūdo mō est hic ad ppositū: 7 nō d primo modo. Locus dr̄ia maxie a transsūptione est duo teri scilicet magis notū 7 minus notū. quorū vnus.scilicet ly magis notū verificatur de terio inferente: 7 ali9 scilicet minus notū de terio illato ꝯsequentie confirmāde per maximā ex illis teris cōpositā. ¶ Sed loc9 maxima a transsūptione: est regula siue ppositio cōfirātiua ꝯsequētie dialectice: cōposita ex istis ter/minis. scil3 ly magis notū: 7 ly mi/nus notū: quorū vnus sc3 ly magis notū verificatur de terio inferente et alius.s. ly minus notū de terio illato eiusdē consequentie: vt quicquid negatur vere de magis noto 7 de minus noto ¶ Quomodo autē iste locus differt a loco 7 a nōis interpretatione. pt3 in textu. Sed tamen scd3 rei veritatē iste loc9 nō est locus extrinsecus: sed intrinsecus. Et reducitur ad locū ab interpretatione. et possunt eodē modo fieri argumenta constructiue 7 destructiue subijciendo et predican/do per locū a transsūptōne sicut p locū ab interpretatione. Et conditōnes que sunt obseruande arguēdo p locū ab interpretatione: etia3 sunt obseruāde arguendo per lo/cū a transsūptione. Et fiunt eode3 modo maxime sicut in loco a nōis interpretatione: ponendo ly magis notū vbi ponebatur ly interpretatio. et ponendo ly minus notū vbi ponebatur ly interpretatū.

Intel.lo. a transsūptione tā maxie q dr̄e maxi.

Notādū est quarto q autoritas capit dupliciter. Uno mō capitur pro dicto vel scripto alicuius sapientis: 7 sic autoritas se extendit ad orōe3 voca/lem/vel scriptā. ¶ Alio modo capitur pro cognitione alicuius sapientis experti in aliq̄ scīa de ptinētibus ad suā scientiā. et sic capitur autoritas qn̄ diffinitur in textu.

Acceptiones autoritatis

¶ Locus differentia maxie ab autoritate: est duo teri.s. autoritas: 7 dictū autenticū: quorū vnus.s. ly autoritas verificatur de terio inferēte: et alius.s. ly dictū autenticū de terio illato consequentie confirāde per maxia3 ex illis teris cōpositā. ¶ Sed locus maxia ab autoritate est regula siue propositio confirātiua consequētie dialectice: cōposita ex istis teris.s. ly autoritas 7 ly dictū autenticū: quorū vnus/scilic3 ly autoritas v'ificatur de termino inferente: 7 alius de terio illato eiusdē consequentie: vt autoritas experti est q talis oratio est vera vel falsa. ergo dictū autenticū ē verū vel falsu3. Uel sic. autori expto credendū est in sua scientia. Et tenet iste locus solū destructie: vt philosophus dicit hoc ita esse vel hoc nō ita esse: ergo hoc ita est: vel hoc non ita est. Unde tunc nos di/cimur arguere constructiue quando ante hoc verbū dicit vel sibi eq̄ualens nulla ponitur negatio.

Contra dicta arguit pmo sic non sequitur. sortes ē albus. ergo plato est albus. Similiter non sequitur. sicut se habet negatiua ad negatiuā: ita affirmatiua ad affirmatiuā. sed negatiua infert nega/tiuā conuersione simplici: ergo affirātiua infert affirātiuā conuersione simplici. et tamē arguitur per locū a sili: ergo talis locus nō val3 ¶ Secūdo sic arguitur. non sequitur. sicut se habet ista: nullus hō ē aial: ad istā: nullū aial est homo. ita ista aial nō est hō ad istam: hō non est aial. sed pria infert secūdā conuersione simplici: ergo tertia infert quartā: conuersione simplici. cū ans sit verū: 7 consequēs falsu3 ¶ Tertio sic ar: nō sequit. Aristoteles dicit mundū esse eterer/: ū ergo mundus est eternus. cū antece

dens est verū: et consequēs fl'm. et tamen ibi arguitur per locū ab autoritate et affirātie. ḡ tal' locꝰ n̄ vꝫ

Ad primū dicitur ꝙ licet in primo exemplo arguatur a simili prime intentionaliter: non tn̄ secūde intentōaliter. Et etiam in secūdo exemplo non subsumit̄ in minore illud in q̄ est similitudo sed dissimilitudo. ¶ Ad s'm dr̄ ꝙ non ibi arguit̄ debite: quia in minore debet sumi ꝓportio similitudinis: et nō dissimilitudinis. ¶ Ad tertiuꝫ dicitur ꝙ ibi non arguitur ab autoritate: qꝛ aristoteles nō erat in hoc expertꝰ nec autēticꝰ reputatꝰ: sed hereticꝰ

eq̄t de locis mediis.

Quid āt sit locꝰ mediꝰ dictū ē prius. ¶ Locorū mediorum alius a coniugatis alius a casibus et alius a

quid casꝰ ꝯiugata — diuisione. ¶ Coniugata ꝛ casus dr̄nt sic. qꝛ viuocū siue pn̄cipale siue abstractū qd̄ idē ē dꝛ coniugatum cum suo denominatiuo: vt iusticia et iustum albedo et album. Casus autem dicūtur ea que cadunt a principali: vt iustumꝛ iuste a iusticia. Et differentiā hanc assignat aristotel. i secūdo topicorū.

quid locꝰ a ꝯiugatis — ¶ Locus a coniugatis ē habitudo vnius cōiugatorum ad reliquuꝫ vt iusticia est bona. ergo iustum ē bonum. locus a coniugatis. Maxima: quicquid cōuenit vni coniugatorum cōuenit ꝛ reliquo. Et si vnum coniugatorū inest: inerit et reliquum

quid locꝰ a casibus — ¶ Locus a casibus est habitudo vnius casus ad reliquum vt iustum ē bonum. ergo qd̄ iuste fit bene fit. locus a casibus. Maxima qd̄ vni conuenit. ꝯuenit et reliquo. Et ecōuerso sumitur argumentum a casibus ꝛ a cōiugatis ¶ Diuisionū alia fit ꝑ negatōeꝫ vt sor ē hō aut n̄ hō. sꝫ n̄ ē n̄ hō: ergo ē hō Maxima si aliqua duo cōdiuidant aliquod tertium. posito vno remouetur reliquum. Alia autem fit nō ꝑ negationem. Et hec fit sex mōis: t̄bꝰ ꝑ se: ꝛ tribꝰ ꝑ accn̄s

¶ Circa hūc textū notādū ē p̄mo ꝙ hic ꝯn̄r autor determinat de locis mediis. quid aūt sit locus medius dictū est prius. Tunc ibi Locoruꝫ medioꝝ: ꝛc. Diuisio tangit̄ loci: q̄ sic intelligitur. De numero locorū differentiaꝝ maxime medioꝝ: q̄dā est locus dr̄ia maxie a coniugatis et quidā est locus dr̄ia maxie a casibꝰ: ꝛ q̄dā ē locꝰ dr̄a maxie a diōe. Sil'r locꝰ maxīa mediꝰ diuidit̄ ꝑ locū maximā mediū a ꝯiugatis ꝛ ꝑ locū maximā mediū a casibus. ꝛc. Que āt sūt ꝯiugata ꝛ q̄ sūt casus: ꝛ quō dr̄nt satis pꝫ ī textu. ¶ Locꝰ dr̄ia maxie a ꝯiugatis ē duo teri. s. abstractū ꝛ ꝯcretū. quoꝝ ꝛc. — Intel. lo. a ꝯiugatis tā max. ꝙ dfe maxi.

¶ Sꝫ locus maxīa a ꝯiugatis ē r'a siue ꝓpō cōfirātia ꝯn̄e dialectice ꝯposita ꝛc. Exēplū vt si abstractū ꝛ abstractū p̄dicēt̄ de seipsis: ꝯcretū ꝛ ꝯcretū p̄dicabūt̄ de seipsis. Sil'r si ꝯcretū d̄ ꝯc̄to reddēt̄: ꝛ abstractū d̄ abstr. reddēt̄. Vn̄ i loco a ꝯiugatis n̄ debēꝰ arguere respectu eiusd̄ p̄dicati: sꝫ respectu diuersoꝝ p̄dicatoꝝ. vt si ī an̄cedēte p̄dat̄ abstractū iꝯn̄te dꝫ poni ꝯcretū. ꝛ ecōtra

Notādū ē s'o ꝙ ꝓ arguēdo a p̄ncipalibꝰ siue abstractis p̄dit̄ tal' r'a. A ꝓpōe i q̄ p̄dicat̄ abstractuꝫ d̄ abst. cū il. ꝑtic'a sufficiēs d̄noiare suū s'bꝫ ꝛ n'llo ꝯtracl'o ē ea il. rē s'cō — Regula ꝓ abstractis

ad ꝓpōem in qua predicať cōcre / tū predicati de cōcreto subiecti vꝫ ꝯña constructie. vt bñ sequiť. albedo sufficiētes denoīare suuꝫ subm circa quā nullū est factū miraculū ē color: ğ albū ē coloratū ¶ Diciť notanť cū illa ꝑticula sufficiēs denoiare suū sbm: Defectu cui⁹ nō sequiť cū nō eēt nisi albedo remissa albedo ē color: ğ albū ē coloratum cū tūc aūs esset verum ꝛ ꝯñs flm. ¶ Dr notanť nullo facto miraclo ꝛ c. Defectu cuius nō sequiť. albedo ē color: ğ albū ē coloratū: qꝛ possibile ē ꝙ aūs sit verum ꝛ ꝯñs flm supposito ꝙ nō esset nisi albedo in sacramēto altaris. ¶ Sꝫ ꝑ arguēdo negatiue a cōcretis poniť talis regula. A ꝓpōe in qua vnū ꝯcretū negať de alio: ad ꝓpōnem in qua negať abstractū p̄dicati de abstracto subiecti. sūpto cum illa ꝑticula sufficiēs denoiare suū subiectū: et nullo miraculo circa illā rē facto ē bona ꝯña. vt bñ sequiť. albū nō est coloratū. ğ albedo sufficiens denominare suū subm circa quā nō est factū miraculū nō ē color. ¶ Sed ꝑ arguēdo affirmatiue a cōcretis poniť talis regula. A ꝓpōe ī qua p̄dicať essentialiť cōcretū de ꝯcreto: ad ꝓpōem ī qua p̄dicať abstractū de abstracto eorūdē ꝯcretorūꝫ vꝫ ꝯña. vt albū est coloratū: ğ albedo ē color ¶ Dr notanť essentialiť qꝛ si cōcretū p̄dicareť accñtaliť de ꝯcreto ñ oporteret ꝙ abstractū p̄dicareť accñtaliť de abstracto vt nō seqtur. album est dulce: ergo albedo est dulcedo.

Rle ꝑ cō / cretis ad argu. ne / ga. ꝛ affir.

Notādū est tertio ꝙ Loc⁹ dria maxie a casibus ē duo terī scꝫ adiectiuū et suū aduerbiū. quoꝝ vnus ꝟificatur de terio inferente. ꝛc ¶ Sꝫ locus maxima a casib⁹ ē regula siue ꝓpō cōfirātia ꝯñe dialectice ꝛc. vt si adiectiꝫ adiectio ꝯuenit: ꝛ adūbiū adūbio. siľr si adūbiū adūbio cōuenit ꝛ adiectiuū adiectio ¶ Vñ ꝑ arguendo p locū a casib⁹ poniť tľis regla. A ꝓpōe in qua adiectiꝫ cōuenit adiectio essentialiť ad ꝓpōem in qua aduerbiū ꝯuenit aduerbio essentialiť ē bona ꝯña et eꝯ. vt bñ sequiť iustū ē virtuosū: ğ quod iuste fit virtuose fit. Maxia. si adiectiuū de adiectio verificeť essentialť ꝛ aduerbiū de aduerbio. siľr econtra sequiť qd̄ iuste fit: ꝟtuose fit. ğ iustū ē virtuosū. Maxia. si aduerbiū essētialiť attribuiť aduerbio ꝛ adiectiuū adiectio. ¶ Dr notanter eēntialiť: qꝛ in accñtalib⁹ nō vꝫ vt nō seqtur: albū ē dulce: ergo qd̄ albe fit dulciť fit.

Intel. lo. a casibus tā max. ꝙ dra maxi.

Rla pro isto loco

Notādum est quarto ꝙ iste terminus dio capiť dupliciter vno modo prime intentionaliter: et tunc diuisio est separatio realis vnius partis alicuius totius ab alia. et hoc mō nō capitur in ꝓposito. ¶ Alio modo capitur secunde ītentionaliter et tunc diuisio est partitio termini qui est diuisum per terminos qui sunt membra diuidentia. vel sic diuisio ē acceptio oim significatorū vel significati ipīus diuisi p terios diuersis ꝯceptibus subordinatos: quoꝝ vnus importat partē sigtoꝝ vel sigāti. et alť ipoꝛtat aliā partē sigātorum vel sigāti. Unde diuidere logicaliter est accipe terim q̄ est diuisū sigāntem plura vniuoce vel equiuoce vľ significantē rē que est realiter totū: et alios termios quorum nullus significat tot vniuoce vel equiuoce: vel rem q̄ est realiter totum. sed disiunctī accepti significant tot sicut diuisum vel copulatim significant totā rem significatam p diuisum Et sicut dicit autor diuisio logicalis ē duplex. Quedā est que fit per negatōem hoc est p mēbrum negatiuum vt entiū. aliud homo: aliud non homo. Alia est q̄ non fit per negationem: hoc est p terminum negatiuum: sed fit per terminos positiuos. Et hec fit sex

Acceptiones de lr diuisio

Intel. diuisionis

modis: hoc est sex sunt termini cõmunes: nõ coincidentes in significando: secundũ suas rationes formales omnes diuisiones nõ datas per negationem significantes. Et inter istos termĩos tres primi significant diuisiones per se: et tres vltimi significãt diuisiones per accidens.

Contra dicta primo sic arguitur. Non sequitur. Albedo est color: ergo albũ est coloratũ: cũ antecedens potest esse verũ consequente existente falso. vt patet de albedine in sacramẽto altaris. et tamen ibi arguitur per locũ a coniugatis. ergo talis locus non valet. ¶ Secũdo sic arguitur non sequitur. Albũ non est coloratũ. ergo albedo non est color. vt patet de albedine remissa: et tamen ibi arguitur per locũ a cõiugatis: ergo talis locus non valet. ¶ Tertio sic arguitur. non sequitur. Album est dulce. ergo quod albe fit dulcius fit et tamen ibi arguitur per locũ a casibus: ergo talis locus non valet.

Ad primũ dicitur quod ibi nõ debite arguitur: quia non additur illa particula: et circa illã non ẽ factum miraculũ: que deberet addi in antecedẽte. ¶ Ad secũdũ dicitur quod ibi nõ debite arguitur: quia in consequente non additur illa particula: sufficiens ad denominationẽ sui subiecti. ¶ Ad tertiũ quod ibi non arguitur debite: quia in antecedente est pdicatio accidẽtalis. modo debite arguendo affirmatiue oportet quod sit pdicatio essentialis

¶ Prima diuisio per se ẽ generis in species. vt animaliũ aliud homo: aliud brutum.

¶ Secũda est totius integralis in suas partes: vt domus alia pars ẽ paries: alia tectũ alia fundamentum. ¶ Tertia vero est vocis in significata. vt canis alius latrabilis. alius piscis marinus. alius sydus celeste. ¶ Diuisionũ vero per accidens. Prima est subiecti in accidentia. vt animaliũ aliud sanũ: aliud egrum. ¶ Secunda est diuisio accidentis in subiecta. vt sanorum. aliud brutum. aliud homo. ¶ Tertia est accidentis in accidẽtia vt sanorum. aliud calidũ: aliud frigidũ. ¶ Locus a diuisione est habitudo vnius cõdiuidentium ad reliquum. vt si sortes ẽ animal: aut ẽ aĩmal rationale. aut irrationale. sed nõ irrationale: ergo rationale. locus a diuisione. Maxima posito vno membrorum diuidentium in aliquo subiecto: remouetur reliquum. Et similiter in qualibet alia diuisione. Et hec de locis dialecticis dicta sufficiant Quid lo. a dione

¶ Circa hũc textũ notãdũ est primo quod prima diuisio per se vocatur diuisio generis. Unde diuisio generis est ppositio hypothetica: in qua accipitur genus vt diuisũ: et species siue dr̃e tanquam mẽbra diuidẽtia Quid diuidere ge. Sed diuidere genus in suas spẽs est accipe genus tanquam diuisũ: et accipe alios terminos tanquam mẽbra diuidẽtia que sũt spẽs vel dr̃e. quorũ quilibet pro paucioribus supponit quam genus: sed tñ disiunctũ ex ipsis cõpositũ pro eque multis supponit sicut genus vt hoc genus aĩal diuiditur p istos duos terĩos scilicet rõnale et irrationale que sũt dr̃e. et quilibet eorum supponit pro paucioribus quam hoc genus aĩal et tamẽ

disiūctū ex illis teriis cōpositū scȝ
rōnale vel irrationale supponit ꝓ
toto vel eq̄ multis sicut ille terius
aīal. Siſr diuidere totū ītegrale
quid dīde re totū in tegrale ē accipe totū ītegrale tanꝗ̄ diuisū
ꝛ ꝑtes ītegrales tanꝗ̄ mēbꝛa diui
dentia: q̄ sigñt totū seorsū accepte
qđ sigātur ꝑ totū ītegrale s₃ ꝑtes
eius. ꝛ tñ copulatū ex mēbris diui
dētibus ꝯpositū totū illđ sigāt qđ
totū ītegrale sigāt. ¶ Sed diuide
quid dīde re vocē in sigtiones revocē in suas significatōes: ē acci
pere vocē diuersis ꝯceptib⁹ diuer
sa significantē tanꝗ̄ diuisū et alios
terios tanꝗ̄ mēbꝛa dīdētia quoꝝ
nullus illoꝝ illa significata signi-
ficat oībus illis cōceptibus. s₃ oēs
simul sūpti oīa illa sigificata signi
ficant oībus illis cōceptibus qui-
bus diuisū significat

Notādum est secundo ꝙ diuidere sub
quid dīde re subm ꝑ accñtia iectū per accidētia: ē accipe termi
nū absolutū et minus cōnotatōis
vel magis ꝯnotatōis tanꝗ̄ mēbꝛa
diuidētia: q̄ diuersis rōibus signi
ficant illa que diuisū significat vel
ꝓ paucioribus supponūt ꝗ̄ diuisū
vt bonū diuidit ꝑ bonū honestū: ꝛ
per bonū delectabile et vtile patet
exēplū in textu. ¶ Sed diuidere
quid dīde re accñs ꝑ sbm. accidens per subiectū: est accipere
terīnū connotatim siue magis cō
notatim tanꝗ̄ diuisū et alios ter
mios absolutos siue minus ꝯnota
tios tanꝗ̄ mēbꝛa diuidētia: quoꝝ
qlȝ ꝓ paucioribus supponit ꝗ̄ di
uisū: ꝛ tñ disiunctū ex illis termis
cōpositū pro eq̄ multis supponit
sicut diuisū. Exēplū patet in textu
¶ S₃ diuidere accidens per acci-
dentia ē accipe terīm cōem cōno-
quid dīde re accñs ꝑ accñtia. tatim ꝓ diuiso: ꝛ alios terios ꝯno
tatios tanꝗ̄ mēbꝛa diuidētia: q̄ꝝ
qlȝ ꝓ paucioribus supponit ꝗ̄ di
uisū: sed tñ disiunctū ex illis teris
ꝯpositū ꝓ eq̄ multis supponit sic
